

78. (p. 83) Quo facto episcopus . . . in Frisiam de Traiecto evocatur. Vocatus venit. . . . Et omnibus necessariis ad istud propositum sine mora bene dispositis, episcopus festinans ad suos revertitur. Tres educit et disponit exercitus . . . Hic iterum episcopus acies suas ordinate et prudenter disponit, que benedictione accepta episcopali . . . se disponunt iuxta Covordiam cum sexcentis armatis equitibus et cum quatuor millibus peditum electorum . . . incenderant quandam villam Trentie, impugnaverunt, vicerunt et cuperunt in quodam veloci cursu ipsam villam et suburbium Covordie . . . In quibus equos, arma, vestes et multa victualia rapientes, nullos cuperunt, sed et parvulos et mulieres et viros, quos comprehendere poterant, occiderunt.
80. (p. 84) Et sine dubio in mane sequenti castrum cepissent, si populus . . . ad hospicium suum Ane per illam maledictam paludem . . . non fuisset reversus. Sed summo mane iterum castrum totus exercitus cum episcopo aggreditur, in quo illa nocte tot ascenderant, ut omnino de illo capiendo spes non haberetur. Vidimus eciam contra nos . . . magnas acies Trentonum ipsa nocte collectas, cum quibus secure configgere non poteramus . . . Sed in sero leti . . . revertebamur, sperantes letos rumores nobis appropinquare de duobus exercitibus Frisie. Quos gloriosos, fortes et ad bellum optime apparatus eduxerant ad duo loca . . . Sed, proch dolor! secundo die veraciter intelleximus exercitum apud Backenvene victimum fore et fugatum . . . Quo facto Trenti animati et exaltati tota nocte, quia longa erat, festinantes in tanta multitudine contra nostros prope Covordiam conglobabantur, ut eis cedere cogeremur et exercitum nostrum iuxta Hardenberge commode dissolveremus.
81. 91. (p. 86)
83. (p. 84-5) 94.

### Caput 68a

*Proc. p. 21  
(bedorven  
tekst, verbeterd  
naar Mart.  
Pol.)*

Eodem etiam tempore . . . quidam Iudeus comminuendo unam rupem pro vinea amplianda, in medio lapidum invenit concavitatem unam . . . et in concavitate illa reperit unum librum, quasi folia lignea habentem. Qui liber tribus linguis scriptus, videlicet Hebraice, Grece et Latine . . .  
. . . sic: In tertio mundo filius Dei nascetur de virgine Maria et pro salute hominum patietur. Quod legens Iudeus statim est baptizatus.

*Het bewaarde, uit Egmond stammende hs van Procurator heeft een regel overgeslagen (uitg. blz. 21 noot 42).*

### Caput 68b

1. *Cat. ep. Ultrai. p. 494* Wilbrandus optinuit episcopatum anno Domini 1228 et construxit cenobium monialium infra muros Traiectenses vocatum ad sanctum Servacium, et ibidem sepultus est anno Domini 1231, anno pontificatus eiusdem tercio.
2. *Beke rekent de regeringsjaren dus zelfstandig uit (1225+8 = 1233).*

**Caput 68a**

Circiter hec tempora quidam Iudeus in Hyspania comminuendo rupem propter vineam ampliandam repperit in solida concavitate lapidis librum habentem folia lignea conscriptum tribus linguis, scilicet Hebraica, Greca et Latina, singillatim in hunc modum: Dei filius ex Maria Virgine nascetur, qui 5 pro salute generis humani pacietur. Quo lecto Iudeus ad fidem christianam conversus est, et cum tota familia sua devote baptizatus est.

**Caput 68b**

Anno Domini mccxxxii<sup>o</sup> vi kalendas augusti Wilbrandus episcopus in Zwollis adimplevit vite terminum, postquam annis viii Traiectense rexisset episcopium. Qui deinde translatus in monasterio Sancti Servacii Traiectensis honorifice requiescit, nam ad eiusdem ecclesie fundamentum primicialem 5 lapidem iecit.  
Hic Wilbrandus cum adhuc Paderburnensis esset episcopus, bis ad Terram Sanctam profectus est ob imperiale negocium, ubi diebus illis frequenter expertus est quoddam speciale prodigium. A civitate namque Tharcensi ad duas dietas prope Tylam, mons quidam amenus situatus est, qui ab incolis 10 illius terre mons fatorum dictus est. Nam quicunque sex septimanis ieunaverit, et exinde pure confessus sacram communionem acceperit et sic sobrius predictum montem ascenderit, proculdubio fatum prosperum inveniet, et eventum

**Cap. 68a**

- 3 et *cet onibr G*
- 4 dei *cet christus dei AB*
- 6 *conversus cet reversus G23*  
sua devote *cet onibr A* et t/m est *onibr B*

**Cap. 68b**

- 1 mccxxxii *cetM mccxxxii G*  
*wilbrandus cetM willebrandus FB willibrandus GD12*
- 2 zwollis *cet swollis AM suollis C swolle D1*  
*vite cetM vite sue G*
- 4 ad *cetM et G23*
- 7 profectus *cetM provectus A*
- 8 namque *cetM autem G*  
*tharcensi CD tarensi M torcensi B thanacensi F tharsensi GA*
- 9 tylam *cetM thylam FD23 thilam A12B*  
*amenus *cetM magnus A**
- 11 *sacram cetM onibr A*
- 12 et t/m *aspiciet cetM onibr A*

7. *Wilbrandi de Oldenborg Peregrinatio c. II p. 164* Inde in navi descendente versus septentrionem, ad agendum negotia domini imperatoris Ottonis et ducis Austriae, qui tunc ensem accep- rat, pervenimus Sur, quam nos latini Tyrum appellamus.
8. *c. XIV, p. 171* Nunc tandem, hoc est in nocte Cecilie, in qua eciam vidimus eclipsin diutissime durantem . . .  
*c. XX* . . . Adene . . . Hec distat a Tarsi unam dietam.  
*c. XXVI* . . . per Tarsim, quam supra descripsi . . .
9. *c. XXV p. 179–180* . . . venimus ad Thilam, quod est castrum valde bonum cuiusdam nobilis. Iuxta illud situs est quidam mons satis amenus, quem montem de aventuris appellant. Sicut enim ex veridica relatione audivimus, quicunque sex septimanis iejunaverit et penitencialibus illis diebus peractis communicaverit, et sic iejunus dictum montem intraverit, procul dubio boni eventus et fortunati sibi occurront. . . . quidam miles, quem nos vidimus in Antiochia, illic huiusmodi casu invenit quoddam manutergium, quod sue familie et hospitibus, quotquot vocare consuevit, omnia necessaria in victualibus ministra- vit, ita ut in mensa et super se parata invenirentur.
- 13.

**Caput 69a**

16. *Proc. p. 7* Anno 1234 inter Henricum ducem Brabantie et Florentium supra- dictum comitem Hollandie ex una parte necnon inter homines qui Stedingi dicuntur ex altera belli certamen concipitur, in quo post longam concertationem prefate gentis plurima turba dictis principi- bus suffocatur . . . A quo ad Bremensis episcopi instantiam, qui etiam personaliter aderat, omnibus dicti militis patriam infestantibus transmarina indulgentia tribuitur crucisque ignominia contra illam publice predicatorum. Sic itaque dictis principibus ad sepelictam terram manu armata tenditur, que per ipsos, licet non gratis, in maiori parte destrui perhibetur.
- (p. 9)

fortunatum aspiciet. Prelibatus ergo Wilbrandus episcopus in verbo veritatis asseruit se vidisse quendam militem apud Antiochiam, qui predicto modo 15 montem illum ascenderat ad inveniendam fortunatam graciam. Hic utique miles in cacumine montis illius quoddam mensale diversis cibariis adimpletum invenit, quod sibi sueque familie sine diminuzione diurnatim larga victualia ministravit.

### Caput 69a

Cum itaque Traiectensis ecclesia post obitum Wilbrandi presulis pastorali regimine viduata foret, et generale capitulum ad electionem novi pontificis convocatum esset, Otto de Hollandia nominis huius <sup>iii<sup>us</sup></sup> per invocationem sancti Spiritus <sup>xxxvi<sup>us</sup></sup> concorditer electus est episcopus, vir illustris et de regali 5 stirpe progenitus. Hic Otto post obitum patris ascriptus fuit ad titulum milicie, suscepitque de manu fratris sui dominacionem Orientalis Frisiae. Is igitur Otto milicie cedens et pontificium acceptans pauperimum invenit episcopatum, infinitis quasi debitis involutum, tum propter assiduam Trentonice gentis rebellionem, tum propter fluctuosam aggeris irruptionem. Sed divina disponente 10 misericordia iamdictus episcopus patrimonii sui possessiones in Hollandia vendidit, debita solvit, castra repeciit totumque pontificium sicut dux temporalis longo tempore gubernavit. Ad cuius eciam devotam supplicacionem Florencius comes Hollandie frater eius fortissimum aggerem ab Ameronghen usque Scoenhoven sumptuose construxit, et ad perhenem laudis sue memoriam episcopatui multa commoda sepe fecit. 15 Hic Florencius comes anno Domini mcccxxiiii<sup>o</sup> cum Henrico duce Brabancie et Theodrico comite Clivie iussu domini Gregorii pape noni terram Scadingie (!) Bremensis dyocesis cum viris mulieribus et parvulis omnino depopulatus est, pro eo quod idem populus expulsis sacerdotibus et clericis ad prophanam 20 sectam ydolatrie reversus est.

- 
- 13 episcopus *cetM* *ontbr* A  
 14 apud antiochiam *cetM* in antyochia G  
 15 montem illum *IIIM* illum montem *II*  
   ascenderat *cetM* ascenderet *GD2*  
 17 sine diminuzione *cet* *onibr* A

### Cap. 69a

- 1 itaque *cetM* igitur G  
 5 patris *cetM* patris sui G  
 13 eius *IIIM* suus II  
 14 scoenhoven *CDM* schoonhoven *A12* scoenh' *A3* schoenhoven *FB* scoenhoviam G  
 15 sepe *cetM* *ontbr* AB  
 16 mcccxxiiii *cet* *m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xxxiiij<sup>o</sup>* (*bedoeld is: quarto*) *M* *mill<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>xxxiiij<sup>o</sup>* *A3* *mcccxxiiii* *G13* *mcc24* *G2*  
 17 scadingie *cet* stedingie (*zal wel latere verbetering zijn*) *M* scandingie *F* scandinghe *A* *De auteurslezing* *zal wel zijn* stadingie; *de bron heeft* Stedingi.

## Caput 69b

1. *Stoke III 595* Ende omme aldusghedane zake  
*(lezing A)* Levede hi altoos mit ghemake,  
 Ende voer tornieren achter lande:  
 Want hi ne duchte ghene viande.
7. 612 So was een tornoi opgheleit  
 Te Corbie, daer tornieren souden  
 Riddre vrome, jonc ende oude . . .
7. *Proc. 7* . . . causa hastiludii Corbie proficiscitur, quo probitatis sue meritis  
 quibus in hoc ludo nomen vane glorie acquiritur . . .
9. *Stoke III 642* Nu was comen terselver stonde  
 De gravinne van Clermonde  
 Te besiene den tornoi.  
 Daerof quam Florence vernoij,  
 Den goeden grave van Hollant,  
 Die so wide was becant.
21. 656 De vrouwe vraghede sonder sparen  
 Ende bat den grave also houde,  
 Dat hi haer wisen soude  
 Den grave van Hollant, den milden man,  
 660 Daer so groot prijs leit an  
 Alle de lude ghemeenlike  
 Beide arm ende rike.  
 De grave van Clermont seide: „vrouwe,  
 Ic doet gerne, bi miere trouwe.  
 665 Siedi van goude ghene vane,  
 Daer de lewe van keel staet ane:  
 Sulke wapene draghet hi an,  
 Deselue grave, de u wel an:  
 Besieten wel, den groten here,  
 670 Hierna en siedis nemmermeer  
 Levens lijfs, dat wetic wel,  
 De aventur ne si mi fel.”  
 Doe de vrouwe dat verstoet,  
 Wart si droeve in haren moet.  
 Nochtan en dorst si niet spreken,  
 Want si kende sine treken.

**Caput 69b**

Eodem anno Florencius comes princeps imperterritus multa tyrocinia per diversas provincias frequentavit, de quibus preconium laudis gloriosius acquisivit. Comitissa vero Claromontensis famosam probitatem eiusdem principis frequenter audiens infra secreta cordis assidue meditari cepit,

5 qualiter electum comitem facietenus aspiceret, de quo tot militares probitates frequenter audierat. Que tandem archanum hoc consilium adinvenit, et maritum suum blandis suggestionibus instigavit, ut solemnem curiam in Alemania preconizari faceret, in qua et ipse tamquam veteranus milicie cederet, sciens pro certo quod Hollandie comes illic venturus esset cum

10 proceribus Germanie, pro conquirenda sibi laude militaris glorie. Igitur idem comes Florencius associato sibi comite de Clivo magnificis expensis illic affuit atque titulum sui nominis dilatari voluit, qui et magister militum ibidem ab Alemannis electus est, et econtra dominus de Nigello Gallicane milicie princeps institutus est. Nec mora quin ordinatis aciebus ab hystrionibus, electi

15 milites utriusque partis concrepantibus bucinis, perstrepentibus tympanis, coruscantibus vexillis ac enitentibus gladiis promiscue congregati sunt, contendentes propter laudem inanis glorie, sed comes Hollandie exercitatus in huiusmodi ludo pre ceteris excellenter elaboravit pro palma triumphalis victorie. Nam et idem plures Gallicanos milites eiecit, adversas cohortes

20 disiunxit ac Alemannis hinc inde gravatis opportunum auxilium asportavit. Comitissa vero Claromontensis precipuam probitatem Florencii comitis ab altitudine turris procul intuens, et gloriam sue laudis ubique preconizari percipiens, ex magno dilectionis affectu sepius a viro cepit expetere, quatenus Hollandie comitem inter equestres cuneos sibi vellet ostendere. Quod tandem

25 ipse comes pro ingrato recepit et uxori sue nobili torvis aspectibus sic respondebit: „Scio quoniam ex abundancia cordis os loquitur et Hollandie comes amore tuo fungitur. Ecce tuus amarius hic princeps est egregius, vexillum qui fert aureum leonem habens rubeum quem ardenti desiderio multociens adoptasti videre vivum, sed vivit dominus quoniam et hunc in vespere videbis

30 extinctum”. Comitissa quidem amabilis mariti sui sellitum agnoscens animum,

**Cap. 69b**

3 claromontensis *cetM* claremontensis AB (aldus ook de volgende keren)

8-9 De bedoeling zal wel zijn, dat de graaf van Clermont als oudgediende afscheid neemt van het krijgsbedrijf, maar Furmerius neemt blijkbaar veteranus milicie bijeen en emendeert dan met afforet, wat Aant. Buch. en Lap laten staan.

13 nigello *cetM* vigello G Het hs F schrijft gewoonlijk aan het begin van een woord v en geen u, maar dit is bij de slordigheid van F geen zeker criterium, dat de n hier geen u kan zijn. In reg. 33 en 40 gebruikt F wel een v. Bedoeld zal wel zijn Nesle in Picardie, vgl. Genealogia comitum Flandrie sub Rob. Fris.: Negelicense, en Rijmkroniek van Vlaanderen vs 1594 Niele=Nesle.

18 elaboravit *cetM* laboravit G

19 victorie *cetM* glorie A

29 in vespere videbis *cetM* videbis vespere G

30 agnoscens *cetM* cognoscens G

31. *Stoke III 677* Doe de van Clermont dat vernam,  
Dat de grave van Hollant te velde quam.  
Vermaende hi man ende maghe  
Ende beleiden met ere laghe,  
Sodat hi niet en conde ontbreken.  
Dus bleef hi doot van sinen treken.
- 680
34. *Proc. 7* Hic itaque comes turba Claremontensium cingitur, equo prosternitur, . . . et sic vir nobilis absque ulla recuperatione campo hastiludii suffocatur.
38. *Stoke III 685* Want het coste hemselfen tleven.  
Dat deden hem die van Cleven,  
Diene wraken met eren groot  
Ende sloughen de van Clermont doot.

satagebat Hollandie comitem per secretum premunire nuncium. Sed Claromontensis comes quanquam decrepitus arma protinus induens Gallicanos sibi  
 milites adiunxit et cum domino de Nigello Florencium comitem fulmineis  
 ictibus ex omni parte vallavit. Florencius autem horum omnium inscius ad  
 35 versus Gallicanam multitudinem solus quantum potuit egregie restitit et  
 plurimos eum hostiliter impugnantes virili probitate reppulit, donec tandem  
 Claromontensis comes in Florencium violenter irrueret et eundem in Corbiaco  
 xiiii kalendas augusti crudeliter interimeret. Comes vero Clivensis cum  
 Teutonicis perniciter advolans comitem Claromontensem in vindictam agnati  
 40 sui recenter occidit, et dominum de Nigello confestim ab eodem tyrocinio  
 profugavit. Et ecce iocosum tyrocinium, conversum est in exosum prelum.  
 Comitissa vero Claromontensis reminiscens quoniam Florencius comes in-  
 nocenter occubuisset, et quod ipsa principalis causa sue necis esset, pre nimia  
 cordis amaritudine mentis alienacionem sustinuit, et seipsam de cacumine  
 45 turris precipitare voluit. Que dehinc incurabilem morbum quem medici vocant  
 amorherios(!) incurrit, et post modicum intervallum temporis ab hoc seculo  
 transmigravit. Porro corpus electissimi comitis per Almannie proceres ad  
 Reynsburgense cenobium devectum est, quod ibidem lugubribus exequis  
 inhumatum est. Hic Florencius floride fuit etatis, excellenter graciosus inter  
 50 omnes primates Alemanie, qui xii annis strenua probitate comitatum rexit  
 Hollandie. Post cuius obitum Otto Traiectensis episcopus suscepit Wilhelmum  
 Hollandie domicellum in tuicionem, consimiliter et comitatum eiusdem in  
 gubernacionem. Per cuius potentiam idem episcopus Trentones devicit,  
 Kovordienses subegit, et terram eorum nemine resistente quando voluit in-  
 55 trovit. Dominus autem de Nigello per quosdam amicabiles internuncios eidem  
 episcopo postmodum reconciliatus est, ut collegiatam ecclesiam edificaret in  
 eodem campo quo frater eius dudum interemptus est.  
 Anno dehinc Domini mcclxvii<sup>o</sup> vi kalendas ianuarii Machtildis comitissa  
 decessit a peregrinacione presentis seculi, que tumulata fuit apud puellas  
 60 cystersiensis ordinis Losdunensis monasterii, quod ipsa pro remedio pecca-  
 torum suorum devote construxit et adiectis prediis honorifice consummavit.

31, 37, 39, 42 zie bij reg. 3

33 en 40 nigello IIIM vigello II

34 omnium cetM ontbr G

37 corbiaco II torbiaco M corbiato B corbraco A1 torbraco A2D corbraca A3 torbrato C

39 cum teutonicis cetM ontbr G

agnati cet agniti M congnati A3 cognati GCD2

46 amorherios GCM amorheyros (*met y geschreven over iets onleesbaars*) F amorereos A emorroydes B amoroydes D123 amorroydes D4 Er zal wel haemorrhages bedoeld zijn, want van de schrik krijgt men geen haemorroïden.

48 reynsburgense FG13M rijnsburgense G2 rynesburgense D2 rinesburgense cet  
cenobium cetM monasterium G

53 potentiam cetM potestatem A12

55 nigello A3BCDM nygello A12 vigello G vigillo F

56 edificaret cetM ontbr A Dit is verholpen door erigisset achter ut A1, fundaret achter reg. 57 est A2 (vandaar Furm en Lap), fabricaret zelfde plaats A3.

60 ordinis IIM ontbr AC ad scānis D ordinis ad scandis B Wat men bij dit laatste heeft gedacht, begrijpen wij niet.

**Caput 70a**

1. *Proc. 9*  
Anno Domini 1235 Wilhelmus Florentii comitis filius erigitur atque in dominum et in Hollandie comitem sublimatur. Cui nobilis Elisabet, filia ducis de Brunswic, in coniugem ducitur et cursu ecclesie legeque ewangelii matrimonio sociatur, de qua filius nomine Florentius gignitur, per quem post mortem patris Hollandia decoratur.
3. *p. 10*
6. *Proc. 5  
(uit Mart.  
p. 439)*  
Honорий папа Фредерик императорем си и Романе ecclesie rebellem comperiens, eum anathematizavit et barones ab eius fidelitate absolvit.
7. *p. 11  
(uit Mart.  
p. 471)*  
Postquam autem Fredericus ab Innocentio папа depositus esset ab imperio, principes elegerunt contra eum lantgravium Thuringie, quo post parvum tempus mortuo Wilhelmus comes Hollandie contra ipsum eligitur, sed in brevi a Fresonibus occiditur et sic uterque benedictione caruit imperandi.
8. *Annales S.  
Panthaleonis  
Colon. p. 540*  
Eodem tempore (i.e. mei 1245) dominus archiepiscopus Coloniensis et Moguntinensis . . . conveniunt et lantgravium Thuringie ibidem presentem eligunt in regem . . .
11. *p. 541*  
Post mortem Henrici regis . . . Post paucum tempus papa mittit in Germaniam legatum Petrum dyaconum cardinalem Sancti Georgii ad velum aureum pro novo rege creando in Theutonia.
13. *p. 542*  
Ipso anno Petrus legatus et multi episcopi, videlicet Conradus Coloniensis, Syfridus Moguntinensis, Arnoldus Trevirensis, Gerardus Bremensis et multi alii episcopi et dux Brabantie cum multis comitiibus in campum iuxta villam Worinch conventum faciunt et novum regem eligunt Wilhelnum comitem Hollandie admodum iuvenem . . .

**Caput 70b**

4. *Stoke III  
886-888*  
Doe grave Willam hadde ontfaen  
De ghifte van den conincrike,  
Wilde hi voer Aken haestelike . . .

### Caput 70a

Occiso Florencio serenissimo principe filius eius Wilhelmus huius nominis secundus comes Hollandie <sup>xiii<sup>us</sup> hereditarie sublimatus est, ducens in uxorem Elisabeth filiam ducis de Brunswijc preclaram virginem, de qua genuit Florencium succendentem Hollandie comitem. Hic Wilhelmus a primevo iuuentutis sue tempore magis adamavit rigorem ferri quam nitorem auri. Eisdem temporibus Fredericus imperator ab Honorio papa dudum excommunicatus per Innocencium quartum ab imperiali dignitate destitutus est et lantgravius Turingie per officiales imperii Romanorum rex electus est. Sed idem lantgravius ad paucos annos supervixit et Romanum regnum denuo vacare cepit. Quapropter idem apostolicus de generali consilio fratrum suorum dominum Petrum Capucium ad Volum Aureum sancti Georgii dyaconum cardinalem delegavit in Germaniam, monens ut officiales iterato celebrarent electionem regiam. Electores itaque convenientes apud pagum Woringie elegerunt in regem Wilhelmmum domicellum Hollandie, protestantes ipsum potiorem esse principem in regno Germanie. Et ecce quam primum publicata fuit electio, tocius milicie solemnis erat exaltacio, nam et idem electus vicesimum agens annum adhuc fuit imberbis, rubore decorus, cute candidus, crine nigerrimus, statura procerus ac in dispositione tocius corporis collaudandus.</sup>

### Caput 70b

Sed quoniam idem adolescentulus electionis sue tempore fuit armiger, ideoque cum repentina festinacione preparata sunt omnia, quecumque sibi fuere necessaria, ut secundum ritum christicolarum imperatorum miles fieret, antequam Aquisgrani dyadema regni susciperet. Et quod plerique milites moderno tempore parcimoniis intendentis obmissis sumptuosis solemnitatis saltim per collaphum militarem dignitatem accipiunt, ideoque multi regulam eiusdem ordinis ignorantes debite militare nesciunt. Quamobrem materiam aliquantis per prorogare decrevimus et presenti cronographie dignum annotare duximus, qualiter hic Wilhelmus secundum christianam

#### Cap. 70a

- 1 serenissimo *cet* strenuissimo *A*  
huius nominis *cet* nominis huius *A*
- 3 brunswijc *G1B* bruuswijk *FD3* brunswici *C* brunswijck *D2* bruynswijc *G3A12D14* bruynswic *G2*  
brwijswijk *A3* ontbr *M*
- 7 quartum *cetM* ontbr *G*
- 8 est *cetM* ontbr *A* (*zinsnede overgeslagen A3*)
- 9 ad *cetM* ontbr *A*
- 15 primum *cetM* plurimum *A*

#### Cap. 70b

- 6 collaphum *IIM* colaphum *III*
- 9 wilhelmus *III* wilhelmus qui *II* *enige regels ontbr M*

**Caput 70c**

„In de praktijk sloegen deze eisen en verboden wel op werkelijke toestanden, maar dat ze juist tot de ridderregel moesten worden gerekend, komt voor verantwoording van Beka zelf.”

Jkvr. Dr J. M. van Winter, Ridderschap Fibulareeks 11, Bussum 1965, blz. 57.

**Cap. 70c**

- 1 hec est itaque regula *IIA* hec itaque est regula *B* hec itaque regula est *D*  
cum devota recordacione *IIA* cum devocione recordacionem *BCD*
- 2 officium *FM* onibr *cet* missam achter passionis *A* missam achter diurnatim *G* onibr *cet*  
*Kennelijk is in apograaf I iets overgeslagen, dat op verschillende wijze is geëmendeerd. Wij menen dat missam ergens op de kant heeft gestaan.*
- 4 et *IIA3C* ac *D* atque *M* aut *A12* onibr *B*
- 11 nosse *GA1CD4* nosce *FA23D123* onibr *B*
- 13 eiusdem *cetM* eius *A*
- 17 subsequentem *IIIM* onibr *II*

- 10 institutionem miles effectus est atque regulam militaris ordinis cum summa festivitate professus est, ut ex eo discant moderni milites, quale iugum in ordine suo suscepérunt aut certe quale votum in professione sue regule promiserunt. Itaque preparatis omnibus post ewangelium solempnis misse, prefatus Wilhelmus armiger coram cardinali productus est per regem Bohemie,
- 15 dicentem in hunc modum: „Vestre reverencie, pater almiflue, presentamus hunc electum armigerum, devotissime supplicantes quatenus vestra paternitas votivam eius professionem accipiat, ut militari nostro collegio dignanter ascribi valeat”. Dominus autem cardinalis in pontificalibus assistens orna-  
mentis eidem dixit armigero, secundum ethimologiam eiusdem nominis,
- 20 quod est miles: „Oportet unumquemque militare volentem esse magnanimum, ingenuum, largifluum, egregium et strenuum. Magnanimum quidem in adversitate, ingenuum in consanguinitate, largifluum in honestate, egregium in curialitate et strenuum in virili probitate. Verumptamen, antequam votum professionis tue facias, cum matura deliberacione iugum regule prius audies.

### Caput 70c

- Hec est itaque regula militaris ordinis: in primis cum devota recordacione officium dominice passionis diurnatim audire, pro fide catholica corpus audacter exponere, sanctam ecclesiam cum ministris eius a quibuscumque grassatoribus liberare, viduas pupillos et orphanos in eorum necessitate  
 5 protegere, iniusta bella vitare, iniqua stipendia renuere, pro liberacione cuiuslibet innocentis duellum inire, tyrocinia non nisi causa militaris exercitii frequentare, imperatori Romanorum seu eius patricio reverenter in temporalibus obediare, rempublicam illibatam in vigore suo permettere, feodalia bona regis vel imperii nequaquam alienare, ac irreprehensibiliter apud Deum et
- 10 homines in hoc mundo vivere. Hec statuta militaris regule si devote custodieris et pro posse sive nosse diligenter adimpleveris, scias te mereri temporalement honorem in terris et post hanc vitam requiem eternam in celis”. Hiis autem expletis dominus cardinalis coniunctas manus eiusdem tyronis clausit in missali super lectum ewangelium, ita dicens: „Vis ergo militarem ordinem in  
 15 nomine Domini devote suscipere et regulam tibi verbotenus explicatam pro tua possibilitate perficere?” Respondit armiger: „Volo”. Dominus autem cardinalis subsequentem exinde professionem eidem armigero dedit, quam et idem armiger palam omnibus in hunc modum legit:

---

12 aut *cetM* atque G

19 eiusdem *cetM* huius G

24 professionis tue *cetM* tuum G

**Caput 70d**

21

*Van deze brief is geen andere overlevering bekend.***Cap. 70d**

- 3 dyaconi cardinalis *cetM* dyaconum cardinalem *A12*  
 5 gestis *IIBM* *ontbr III*, wat is verbeterd door invoeging van dictis *A3* en peractis *D4*, terwijl een latere hand in *D3* uit een *G-hs* gestis invoegt.  
 9 collaphisatus *IIM* colaphisatus *III*  
 10 coronatus est *IIM* coronatus *II*  
     clamide *cetM* chlamide *A12*  
 11 cuius t/m suadeo *cetM* *ontbr AB*  
 21 sancte marie *III* sancte virginis marie *G* beate marie *F*  
     cosmidyn *G23BCD134* cosmidin *G1* cosmidym *F* cosmedim *D2* cosmidyp *A2* cosmidrip *A3* cosmidop *A1*  
 25 solempniter *III* *ontbr II*  
     in christo *cet* *ontbr G*  
 26 wilhelmus comes hollandie *cet* comes hollandie wilhelmus *G*  
 28 nostri *cet* nostri scilicet *G13* nostri sancti *G2*  
 29 cardinalis *cet* cardinalem *A12*  
 36 maiestatis *cet* pietatis *A*  
 39 nam t/m subdiderunt *III* *ontbr II*  
 40 hect *cet* hoc *G*

**Caput 70d**

- „Ego Wilhelmus Hollandiensis milicie princeps sacrique imperii vasallus liber, iurando profiteor regule militaris observanciam in presencia domini mei Petri ad Velum Aureum dyaconi, cardinalis et Apostolice Sedis legati per hoc sacrosanctum ewangelium quod manu tango”. Cui cardinalis: „Hec devota
- 5 professio peccatorum tuorum sit vera remissio. Amen.” Hiis itaque gestis rex Bohemie grandem dedit ictum in collo tyronis, ita dicens: „Ad honorem omnipotentis Dei te militem ordino ac in nostro collegio te gratulanter accipio, et memento quoniam Salvator mundi coram Anna pontifice pro te collaphisatus et illusus est, coram Pylato preside flagellis cesus et spinis
- 10 coronatus est, coram Herode rege clamide vestitus et derisus est et coram omni populo nudus et vulneratus in cruce suspensus est. Cuius obprobria memorari te suadeo, cuius crucem acceptare te consulo, cuius eciam mortem ulcisci te moneo.” Quibus ita solempniter adimpletis idem novus tyro post dictam missam cum stridentibus bucinis, perstrepentibus tympanis et tinnientibus cymbalis contra filium regis Bohemie tribus vicibus commisit hastiludium, et exinde cum gladiis ententibus dimicando tyrocinium, celebravitque magnificis expensis triduanam curiam, ac donis largifluis cunctis magnatibus suam honorificenciam. Sed et dominus cardinalis interim omnem rem gestam per festinum nuncium litteratorie conscripsit, et dominus papa plerumque gavisus
- 20 ex hac fama dispensatori suo tenorem subsequentis epistole destinavit: „Innocencius episcopus, servus servorum Dei, rectori sancte Marie in Cosmidyn salutem et apostolicam benedictionem. Confitere nobiscum fili, qui tanquam vividum corporis membrum sentire nosti cum capite, nobis igitur tibi iocunde scribentibus, iocundus agnosce, quod v nonas Octobris in curia
- 25 iuxta Coloniam solempniter congregata, karissimus in Christo filius noster Wilhelmus comes Hollandie communis voto principum, qui in electione cesaris ius habere noscuntur, in Romanum regem ceteris principibus applaudentibus est electus, sicut per litteras regis eiusdem et dilecti filii nostri Petri sancti Georgii ad Velum Aureum dyaconi cardinalis nobis constitit manifeste.
- 30 Porro ut super gaudium quod de prospero gesto negocio est agendum tibi eciam de persona electi novum gaudium cumuletur. Idem rex, sicut eodem cardinali referente percepimus et publica fama testatur, est fidelis catholicus, animo prudens, milicia strenuus, propriis potens viribus, multorum principum consanguinitate et affinitate connexus, iuventute fervidus, experientia moderatus, gratus moribus et specie corporis in oculis omnium graciosus. Quapropter speramus in Domino et ipsius potentia maiestatis, quod sub pedibus eiusdem regis persecutore calcato velociter et malignantium capitibus conquassatis, fides catholica, pax ecclesie, tranquillitas orbis ac fidelium status debeant ab Omnipotente per ipsum magnifice reparari, nam et innumerabiles magnates
- 35 40 huic electo protinus sua capita subdiderunt. Hec igitur dic et manda fidelibus, quos nosti de his rumoribus gavisuros. Datum etc.”

**Caput 70e**

6. *Stoke III*  
893-894 Met groter macht, met siere ghewelt,  
Slouch hi daervoren sijn ghetelt.
9. *Ann. S. Pantaleonis*  
*Colon. p. 543* Unde quidam ingeniosi inflexerunt torrentem, qui prope civitatem lambendo currebat . . . factus est agger fortis et magnus ante inferiorem partem civitatis, immissusque torrens fecit amplum stagnum inter castra obsidentium et civitatem. . . .
13. *Stoke III* 940 tMeeste water quam daer tumen
- 945 Dat water liep tot Aken binnen  
In al de husen met omminnen;  
Sodat si waenden verliesen tleven.  
Doer noot moesten si hem opgheven  
De stat, haer lijf ende haer goet.  
950 Dat dede hem de grote vloet.
20. *Stoke III*  
*p. 172 noot:*  
*lezing BC* Ende wart ghecroent bi liever stade  
Op des stoel, sijts ghewes,  
Als tevoren bescreven es,  
Te heilichmisse te Aken binnen. (=Allerheiligen)
26. *Stoke I* 963 . . . de heren van den rike  
Ende coren ghemeenlike  
965 Seven prensen, de kiesen zouden,  
Dies waerdich waren, wien si wouden,  
Die Roomsche keiser soude wesen.  
Nu sijn zeven heren te desen:  
Dre ardsche bисcoppe, vier leke heren,  
970 Die men hier mach bi namen leren:  
Van Almaengen de cancelier,  
Die van Mensen es een al hier,  
Entie van Trieren es een van allen,  
Die es cancelier van Gallen,  
975 Entie van Coelne also wale,  
Die cancelier is van Ytale.  
Dit sijn dre gheleerde heren.  
Die vier leke willic u leren:  
Daer pleghet die ene of te sine  
980 Die palesgrave van den Rine,  
Die is drussaten des riken ghenant;  
Die ander es van Zassenlant  
Die hertoghe, die des ghelike  
Dat zweert voert van den rike;  
985 Die derde, die ne staets niet ave,  
Dats van Brandenborch die marcgrave,  
Dats des riken camerlync;  
Die vierde, dat es ware dinc,  
Dat is die coninc van Behem:  
990 Scinke des riken noemt men hem.

## Caput 70e

Interea cum adhuc electus rex in exultacione resideret apud Woringiam, atque tridianam iam explevisset curiam, quarta dehinc exorta luce, quando pruinale gelu graminosam terre superficiem in aurora constringeret, tubicinatum est castra tollere et civitatem Aquensem obsidione cingere. Cives autem Aquenses

5 econtra festinaverunt extimpo portas claudere et valvas obstruere. Nec mora quin idem electus cum invictis bellatoribus papiliones in girum erexit et cum principibus consilia tractavit, qualiter aliquod machinamentum posset excogitari, quo regia civitas absque tormentis posset obtineri. Denique per

10 quosdam ingeniosos opifices decretum est, ut populare vulgus vallum pro- cere celsitudinis extrueret ac urbem in modum aggeris undecunque cingeret, et quoniam eadem civitas in convallibus moncium situata plurimis aquis sulphureis est irrigua multisque fontibus limpidissimis superhabunde fluida, ideoque semper inundans aqua nullibi defluentem habens meatum, adeo breviter incepit exuberare, ut nullus civium absque navigio proprium do-

15 micilium commode posset exire. Hoc igitur gravi dispendio burgenses afflitti promiserunt electo regi portas urbis absque rebellione patefacere et eundem pro vero domino votive suscipere, ut circumseptum vallum infringi preciperet ac inundantem aquam consueto meatu manare permitteret. Igitur infracto vallo rex ultima die mensis octobris urbem ingressus est, et ab universis civibus

20 graciouse susceptus est. Postera vero die, que est Omnium Sanctorum festiva solempnitas, universa multitudo prelatorum et principum deduxit electum regem ad basilicam perpetue Marie virginis, ut solempnem benedictionem acciperet secundum ritum antique consuetudinis. Quem Monasteriensis et Mindensis episcopi simul ornaverunt infra sacrarium, sed eundem Leodiensis

25 et Traiectensis episcopi vestitum ornamentis leviticis in modum dyaconi produxerunt ante regale solium. Quem extunc Coloniensis archiepiscopus cancellarius Ytalie collocavit in sede maiestatis, ita dicens: „Super thronum regni gloriose sedeas, iudicium et iusticiam in terra facias”. Archiepiscopus vero Maguntinensis cancellarius Germanie cum oleo sanctificato dextram eius

30 foris unxit, ita dicens: „Consecrare te dignetur omnipotens Deus in regem

## Cap. 70e

7 qualiter *IIIM* quatenus *II*8 obtineri *cet* abstineri *FD3* obstineri *A3*11 convallibus *FABM* vallisbus *G* convallium *C* convallum *D123* convalem *D4*14 incepit *cet* cepit *GB*20 susceptus est *GBM* susceptus *C* receptus est *FD* receptus *A*22 perpetue *cet* beatae *G*23 acciperet *IIIM* accipiat *II*27-30 super t/m dicens *cetM* ontbr *CD*

*D2 heeft dit trachten te hersstellen door de woorden reg. 27 dicens: Sede in solio regni et fac iusticiam in universo mundo. Archiepiscopus Maguntinensis cancellario (!) Germanie unxit manus suas intus et foris, ita dicens: Consecrare etc. Waar de nogal onnozele schrijver van D2 deze woorden vandaan heeft, is mij niet duidelijk, maar misschien hebben we hier een deel van een andere overlevering van het nogal vreemde fragment van Beke.*

29. *Mart. Polonus* Et licet isti tres Ottones per successionem generis sui regnaverint,  
*p. 466* post tamen institutum fuit, ut per officiales imperii imperator  
 eligeretur. Qui sunt 7, videlicet 3 cancellarii, scilicet Maguntinus  
 cancellarius Germanie, Treverensis Gallie et Coloniensis Ytalie;  
 marchio Brandenburgensis camerarius, Palatinus dapifer, dux Saxonie  
 ensem portans, pincerna rex Boëmiae. Unde versus:  
 Maguntinensis, Treverensis, Coloniensis,  
 Quilibet imperii fit cancellarius horum,  
 Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,  
 Marchio prepositus camere, pincerna Boëmus:  
 Hii statuunt dominum cunctis per seculi summam.

Wij hebben overigens het gevoel, dat wat anders de bron is, maar wij  
 hebben ze niet kunnen ontdekken. Dit staat het dichtst erbij van alle  
 bekende bronnen.

57. vlg. cap. 72g, reg. 1-2.

### Caput 70f

1. *Stoke III* Alle de heren ghemeenlike  
*954-56* De van den rike hilden leen,  
 Ontfinghent van hem, groot ende cleen.

- 2-10. *Proc. p. 12* Post hoc nobilissimus Romanorum rex percipiens castrum in regni  
 sui umbilico situm, scilicet in loco qui dicitur Keyserswart, se nollens  
 suis iudiciis inclinare, ipse paratissimus convocata multitudine Hollandensium necnon aliorum suis mandatis semper astantium, ad  
 prefatum castri locum tendit, illud per annum obsidens. Cuius tandem castellanus regis se optulit voluntati. Cui et rex propter  
 fidelitatis confirmationem . . . renovatoque homagio sibi suisque  
 heredibus castrum contulit a Romanorum regibus feodali iure per-  
 petuo possidendum.

### Cap. 70e

- 35 regis IIIM regni II (minder goed wegens regis reg. 38 in alle hss; hoewel Stoke heeft: van den rike)  
 28 en 36 et moet wegens de volgende coniunctivus misschien als ut gelezen worden.  
 36 regnum cetM imperium A  
 40 bavarie cetM brabantie F  
 43 regis IIIM onibr II  
 48 singillatim cetM singulatim FA12  
 53 consilium IIA3CD2 concilium A12BM Vermoeidelijk heeft Beke deze woorden ook niet onderscheiden  
 54 episcopus eius cetM eius A3 onibr A12  
 56 lubbertus cetM lubertus A13 lumbertus F  
 58 ita IIAB (heeft meer zin) itaque A3CDM  
 cunctis cetM onibr A  
 59 regni cetM regis G

### Cap. 70f

- 1 itaque GBDM utique FAC  
 3 ididem cetM ibidem GA3 onibr B  
 diversis cetM diversorum A reg. 3-4 luidt in M: impugnans illud diversinonem (!) nam etc.  
 5 frontis cetM pontis G  
 6 habunde premonitus cetM premunitus habunde G  
 9 recipit cetM accepit G  
 sibi cetM onibr G

Romanorum, qui David per manum Samuelis prophete regem inungi iussit super populum Hebreorum." Archiepiscopus Treverensis cancellarius Gallie manus illi superimposuit, ita dicens: „Descendat in te spiritus sapiencie, intelligentie, sciencie, pietatis, fortitudinis et consilii, replearisque spiritu timoris Domini". Marchio quidem Brandenburgie regis camerarius anulum sibi tradidit, ita dicens: „Accipe signaculum monarchie, et Romanum regnum in suo vigore conserves, quod ab incursione barbarorum invicta virtute defendas". Dux autem Saxonie regis iusticiarius donavit ipsi gladium, ita dicens: „Accipe sceptrum regium, et rebelles severa correctione potenter affligas omnesque benevolos in tranquilla pace gubernes". Dux equidem Bavarie comes palacii seu dapiferarius dedit ipsi globum aureum ita dicens: „Accipe globum sphericum et omnis terre naciones Romano regno subicias ut gloriosus augustus appellari valeas". Rex dehinc Bohemie regis pincernarius de consensu Coloniensis archiepiscopi coronam argenteam capiti suo superimpressit ita dicens:

45 „Accipe dyadema splendidum et sis in virtuosis actibus adeo choruscus in terris, ut coronam eterne felicitatis habere merearis in celis". Post hec autem circumstantes principes adorantes maiestatem regiam, acclamaverunt ipsi salutem, laudem et gloriam; accedentesque singillatim primates ad regale solium prestiterunt eidem debite fidelitatis homagium. Hiis igitur in mira solempnitate peractis idem rex per plenam ebdomadam festivam explevit curiam, cunctisque principibus sue dicionis patefecit excellenciam. Demum octavo die convenientes officiales imperii statuerunt archanum colloquium, ut de commoditate regis tractarent speciale consilium, quatenus magnifici viri scilicet Otto Traiectensis episcopus eius patruus et Henricus Brabancie dux

50 ipsius avunculus, eiusdem regis consiliatores seu auxiliatores forent et iuvenilem animum eius a belli strepitu temperarent. Dominus vero Lubbertus regalis abbas Egmondensis, vir matus et egregius, constitutus est eius esse vicecancellarius. Quibus ita gestis rex in magna gratitudine cunctis principibus valedixit et universa castra Romani regni studiosius perlustravit.

### Caput 70f

Omnis itaque castellani sibi debitam exhibuerunt obedienciam, preterquam solus castellanius apud Imperatoris Insulam. Quapropter et ipse rex iamdictum castrum cum invictis circumvallavit armigeris, impugnans ididem diversis tormentorum ingeniis. Nam creberrimi iactus saxorum quassaverunt turres

5 et menia, aliquociens eciam aries ferrati frontis impegit portas et antemuralia. Econtra vero castellanius victualibus et armis habunde premunitus fuit, qui per annum et amplius ipsum castrum honorifice defensavit. Deficientibus demum victualibus idem castellanius expetivit veniam, quem et ipse rex obtento castro recepit in graciam, ut sibi de cetero fidelis esset, nec rebellionem

10 adversus eum aliquatenus attemptaret.

4. *Stoke III* 973 Met bliden ende met anderen werke  
Laghen si vor Waerden . . .

9. 980-82 Doe moesten si dor de noot  
Dat huus rumen ende opgheven  
Den coninc . . .

Caput 70g

- 3. Proc. p. 14** Hoc tempore floruit magister Albertus Predicotorum ordinis et Coloniensis archiepiscopi suffraganeus, cuius ingenium mirabilisque scientia scriptis laudabilibus ostentatur.

Cap. 70g

- 1 theophania *cet* epiphania *A13M*  
 2 ibidem *cetM* onibr *G*  
 11 affuerunt *cetM* fuerunt *A*  
 prepararunt *cet* preparaverunt *ABM*  
 14 qui *cetM* quod *A12*  
 convivas suos *D4M* convivia sua *G* convivas suas *cet* (*waarschijnlijk reeds fout in apograaf I, die later is verbeterd*)  
 15 infra *cetM* intra *A*  
 17 expectaret *is het laatste woord van F; van fo 183 zijn slechts zes regels beschreven; de rest van de Chronographia ontbreekt.*  
 24 quid *GA3M* quot *D2* quod *cet* *Dat deze wat gewrongen zin ook anderen heeft gehinderd, blijkt uit het feit, dat Fürmquare in longius afdrukt, Buch in zijn Aant schrifft quid moror longius, en Lap een nieuwe zin begint met Quid longius. Ditzelfde doet hs B... intulit. In tantum ergo algor etc.*  
 28 copiosam *cetM* copiam *G*  
 30 simul *cetM* ontr *B* multis *G*  
 curia *cetM* terra *CD*  
 33 florida *cetM* morida *G2* anorida *G13*, in *G3* door latere hand verbeterd in *florida*.  
 marcescens *cetM* merces omnes *D*  
 35 desudaverunt *cetM* desudaverunt *A12B* sudaverunt *A3*  
 41 pontifex *cetM* episcopus *G*

## Caput 70g

Demum appropinquante theophania Domini rex migravit ad Coloniam, ut ibidem in honore trium magorum solempnem immolaret hostiam. Fuit etenim illis diebus regens et legens apud Coloniam dominus Adelbertus Ratisponensis episcopus de ordine predicatorum, magnus in nigromancia,  
 5 maior in philosophia sed maximus in theologia. Qui regem humillime pre-cabatur, ut in die solempni secum discumbere dignaretur. Rex autem sperans aliquod prodigiale signum videre, noluit eidem reverendo patri preces supplices denegare. Celebratis igitur epiphanie solempniis idem episcopus a studorio suo progrediens regem cum sua familia gracie suscepit, quem extra cena-  
 10 culum in quodam viridario secum adduxit, ubi ministeriales mire pulchritudinis affuerunt, qui ad convivalem leticiam quevis necessaria prepararunt. Fuit utique diebus illis hyems asperrima totaque superficies terre cooperta nive maxima, quapropter universa multitudo procerum murmurare cepit  
 15 adversus episcopum, qui in tam horrido frigore convivas suos absque foco prandere iussit infra pomerium. Sed postquam dominus episcopus futurorum omnium conscientius una cum rege resideret ad mensam, et omnis conviva secundum statum dignitatis sue locatus expectaret escam, ecce glaciei et nivis immensa moles in momento disparuit, ac estivalis calor emicantibus solis radiis ferventer invaluit, terra gramineum germen edidit, et vernantes flores in  
 20 mira venustate protulit: una quevis arbor frondes extemplo viruit et maturos fructus ad vescendum cunctis exhibuit, vinea florens odorem suavitatis reddidit et recentes uvas in ubertate magna cito prebuit, garitus volatilium applaudentibus alis illic intonuit, quarum grata modulacio accumbentibus magnam exultacionem intulit; quid ergo longius? algor hyemalis frigiditatis prorsus  
 25 evanuit, et fervor estivalis caliditatis in tantum efferbuit, ut quidam discubencium propter aeris intemperiem exutis duplicitibus indumentis seminudos se facerent, et plerique sub frondosis arborum frondibus hincinde refrigerum appeterent. Ministeriales vero detulerunt ubique copiosam epularum plenitudinem, ita ut superhabunde saciarent populosam convivarum multitudinem,  
 30 et letatus est rex cum simul discubentibus in eadem curia, tot et tanta cernens inaudita mirabilia. Expleto demum convivio turba ministerialium quasi fantasma disparuit, garitus avium omnino siluit, germen arboreum confestim evanuit, florida tellus marcescens exaruit, copia nivis iterato rediit, et repentinum gelu truculenter inhorruit, ut omnes qui pridem exutis vestibus  
 35 desudaverant infra convivium, nunc trepidantes accelerarent ad ignem infra cenaculum. Hiis autem in mira iocunditate peractis Adelbertus episcopus instanter exoravit regem, quatenus fratribus suis predicatoribus claustralem aream in civitate Traiectensi vellet expetere et eisdem pro stabilitate regni sui munificas elemosinas attribuere. Rex autem supplicatorias preces eiusdem  
 40 reverendi patris clementer exaudiens Traiectum exinde descendit, quem Otto pontifex eius patruus cum prelatis et civibus gracie suscepit. Qui de fidelium suorum consilio burgensis effectus est et extunc spaciosam campi planiciem

**Caput 70h**

4.

*Van deze brief is geen andere overlevering bekend.***Caput 70i***De juiste sterfdatum van bisschop Otto III (26 of 27 maart) wordt door Beke aan Otto I toegeschreven.***Cap. 70g**

- 44 antedictis *cetM* eisdem *A*  
46 receptus *cetM* susceptus *GB*

**Cap. 70h**

- 1 et *cet ontr A*
- 2 ghazoflaciun *cet gazophylaciun GB*
- 3, 7, 16 magunciam *III* mogunciam *G vgl cap. 59b reg. 45*
- 4 eidem *cet ei G13B*
- 6 debitam *cet ontr A*
- 7 presencium *cet presentis A*
- 9 waldigge *D* waldoginge *C* waldigk *B* waldecke *A* waldegge *G*
- 11 vestram *cet ontr G23*
- 12 magnipotencie *cet magnificencie G23A*
- 14 dinoscitur *cet dinoscuntur BD*
- 18 ambassiatores *cet ambassatores A12 ambaciatores A3B*

**Cap. 70i**

- 2 gore *cet ghore AM*
- 6 confessoris *cetM ontr GB*
- 11 ii<sup>o</sup> nonas *cetM* 2<sup>o</sup> nonas *B* iii<sup>o</sup> nonas *D* 3<sup>o</sup> nonas *D1* nonas *D2* De sterfdatum wordt verschillend opgegeven (*Pijnacker Hordijk, Ned. Archievenblad XX, 52-53*). De Tabula Egmundana heeft 3<sup>o</sup> non. aprilis, wat wel onafhankelijk van *D* is ontstaan, daar de Tabula eer met *A* dan met *D* overeenkomt.

infra civitatem nemine contrariante mercatus est, quam ad structuram claustrum donavit antedictis fratribus in elemosinam, insuper et auri fulvi satis 45 magnam copiam. Denique confirmatis ab eo libertatibus civitatis et ecclesie idem rex gloriose receptus est infra comitatum Hollandie, qui et in Haga regale palacium contruxit, ubi de causis arduis regni tribunale consistorium frequentavit.

#### Caput 70h

Civitatenses autem et castrenses imperialis camere reddiderunt eidem benivole censem regium, ita quod indeficienti thesauro suum exuberaret ghazofilacium, quique pro tractatu generalis pacis convenerunt apud Magunciam, destinantes eidem per sollempnes nuncios hanc epistolam: „Glorioso domino suo 5 Romanorum regi Wilhelmo consules et iudices plus quam lxx civitatum superioris Germanie debitam reverenciam et obsequium perhennale. Excellen- cie vestre tenore presencium declaramus, quod nobis apud Magunciam existentibus die xxix<sup>a</sup> mensis iunii ad generale colloquium mediante nobili viro A. de Waldighe imperialis aule iusticiario, firma pax et treuge stabiles 10 super universis guerris et discordiis sunt statute. Quapropter maiestatem vestram regiam humiliiter exoramus et consulimus quantum licet, quatenus pacem terre salubriter inchoatum per litteras magnipotencie vestre iam dignemini confirmare, eo quod vestrum commodum utilitatem salutem im- portare dinoscitur et honorem, scientes quod vestre serenitatis adventum nobis 15 salubrem ad partes nostras cum ingenti desiderio prestolamur. Datum apud Magunciam ultima die mensis Iunii”. Rex igitur hac epistola grataanter accepta pacem inchoatam sub banno capitalis sentencie firmiter observari precepit, quinymmo prelibatos ambassiatores ditatos regiis muneribus ad patriam honorifice destinavit.

#### Caput 70i

Eisdem diebus dominus episcopus cum ecclesia Traiectensi gloriose regi con- questus est, quod idem episcopus a comite de Gore tam in possessionibus quam in hominibus iniuriatus est. Quapropter et ipse rex eundem comitem citari fecit ad ipsius presenciam, sed et ipse comes nequaquam comparere 5 volens absentavit se per obstinatam contumaciam. Rex autem coram alta*i* sancti Martini confessoris arma protinus induens, indesinenter equitans, predictum comitem capiens et terram eius depopulans cum victoriali laude Traiectum revenit, captivum comitem episcopo dedit ac eundem dignitate sui nominis iure debito deprivavit. 10 Anno Domini mcccxl<sup>o</sup> venerabilis pater dominus Otto Traiectensis episcopus ii nonas aprilis obdormivit in Domino, tumulatus apud ecclesiam maiorem honore congruo. Hic Otto xvi annis egregie 1exit episcopatum, quem in introitu suo pauperrimum invenit, sed superabundantem in multis diviciis suis posteris dereliquit.

**Caput 71****Bij cap. 71**

Hoewel Beke de Ann. S. Panthaleonis heeft gebruikt, heeft hij hier aan een onbekende bron ontleend. Ann. Panth. p. 545:... obiit Traiectensis episcopus (=Otto III), quem episcopatum dominus papa contulit preposito Coloniensi de Vienna. Clerus autem Traiectensis, accedente favore populi, elegit decanum Coloniensem de Randinrode (=Goswinum, opm. van de uitgever), castra et munitiones episcopales eidem assignantes. Cuius dissentionis materia in curia domini pape ventilabatur.

(Prorsus alia narrat Beka, zegt de uitgever).

**Caput 72a**

*Van 72a en 72b hebben wij geen bron gevonden, hoewel er duidelijk een ten grondslag moet liggen.*

**Cap. 71**

- 1 goswinus *GA2BM* goesinus *A1C* goeswinus *A3D*
- 2 *hetzelfde*, behalve goesinus *A1* goesswinus *A2*
- 5 distractus *III* destructus *G* andere zinsnede *M*
- 8 universale *cetM* generale *A*
- 10 conradus *cet* conrardus *G23M*
- 11 goesinus *G23A12M* goesinus *C* goeswinus *G1A3BD*  
manus *A12CD* manum *G13A3B* manu *G2M*
- 12 renunciavit episcopatu*III* (*rijmt*) episcopatu*i* renunciavit *G1M* cessit episcopatu*i* renunciavit *G23*  
autem *IIIM* onibr *G*
- 13 vigena *GBC* nigena *A3D* nygena *A12*
- 17 cum *IIIM* onibr *G*

**Cap. 72a**

- 1 henricus *CM* herricus *GA12B* heynricus *A3* heynricus *D*
- 5 goesinus *G2A12* goeswinus *G13A3BD* goesinus *C*
- 7 propinquos eorum *cetM* eorum propinquus *GC*
- 8 incursionibus *IIIM* intercursionibus *G*  
episcopus *cet* onibr *A*
- 8 intercusiones *GC* incursions *ABD* incuros *M* De samenhang eist in reg. 7 incursiones, invallen,  
en in reg. 8 intercusiones, bemiddeling, in beter latijn intercursus.
- 12 conveniret *GM* convenient *III*
- 13 decartaret *M* decertarent *cet* Men kan aannemen, dat Beke -ent heeft geschreven als constructio ad sensum en dat *G* het éénmaal en *M* tweemaal heeft verbeterd.
- 12-13 ut t/m pontificis onibr *A*
- 13 henrici *GBC* heynrici *D*
 in aere visibiliter apparuit, quando prescriptum prelum inter eosdem magnates  
 90 invaluit. Quod quia signum est triumphalis leticie, prenosticatum fuit Hollandi-  
 dris pro patria iuste pugnantibus portendere laudem victorialis glorie. Hollandri  
 quidem ad sua reversi festinaverunt Iohannem de Renes a Traecto propellere,  
 vel ipsam civitatem cotidianis incursionibus affligere, concremantes quasdam  
 95 curtes cum molendinis ante suburbium, presupponentes quod idem Ioannes  
 foris veniret ad ulciscendum hoc incendium. Sed idem miles tradicionem  
 metuens sum suis complicibus a civitate clam abcessit, et ut Lakam transiret  
 timore persequencium inimicorum scapham modicam introivit. Et ecce probati  
 milites armorum sarcina pregravati mox in profundo submersi sunt, qui dehinc  
 ab amicis et notis sagenis in gravi dolore reperti sunt. Eodem etiam anno  
 100 Iohannes Hollandie comes gravitus de filii sui triumphali victoria ii ydus  
 septembbris requievit in Domino, sepultus in urbe Valliscenarum honore con-  
 gruo. Hic Iohannes prius existens comes Hannonie, v saltim annos comitatum  
 rex Hollandie. Cuius uxor Philippa viii ydus aprilis defuncta est, que penes  
 eundem virum suum in Hannonia tumulata est.

- 85 de BCD a A ex G  
 89 prescriptum cet presertim A  
 90 quia III quidem G  
 quod ingevoegd vóór prenosticatum G  
 92 renes zie 78b reg. 17  
 94 curtes cet turres GD2M  
 molendinis cet molendrinis A12  
 96 lakam cet lacam D2 leckam G  
 99 in III et G  
 reperti BD inventi AC submersi G vrige parafrase M  
 100 hollandie comes cet comes hollandie GB  
 filii sui AM sua BCD filii G  
 101 vallicenarum A2BCDG12 vallicenarum M valescenorum A13 valescenarum G3  
 102 prius cet M primus A23B Furm verbetert in primitus

**Caput 81a**

1. *Stoke X*  
810-12      Al was de grave Willam droeve,  
                  Hi most sien om sine behoeve.  
                  Up hem was nu comen tlant.
3. 965-969      Nu was hem aldaer te voren  
                  Een kint ghesekert van hogen gheslachte;  
                  Haer vader was van hogher machte;  
                  Daertoel weldich ende rike,  
                  Sconinx broeder van Vrancrike.
4. *Proc. p. 71*      Eodem tempore Willelmus, Johannis comitis senior filius, comitatu Hollandie recipitur et in dominum juramentis omnium confirmatur patre adhuc, licet infirmo, vivente. Hic nobilissimam atque venustissimam duxit uxorem. Johannam nomine, filiam videlicet Karoli magnifici principis, fratris regis Francie, qui supra Philippus appellatur.
- p. 208*      . . . Philippus idem, Hollandensis comitis germanus, erigitur . . .  

*p. 187*      Noveris etiam, quod ipsam conthoralem nostram, inclitam Margaretam Romanorum reginam, nobis transduci mandavimus . . . Hujus autem Ludovici adventus . . .

*p. 144*      . . . rex potentissimus Germanie, videlicet Ludovicus, ejus matrimonialiter filie . . . applicatur.

5.      *p. 145*      Ibidem quoque secunda Willelmo comiti filia filio comitis de Juliaco ducitur . . .

*p. 244*      Eodem anno secunda Willelmi comitis filia, de Juliaco videlicet comitissa . . .

6.      *p. 205*      Eodem quasi tempore rex quondam Anglie . . . morte tangitur, cuius uttunc filio, ut cum Willelmi comitis filia matrimonium contrahat . . .

8.      *p. 130-31*      Breviter, cuncti Germanie principes citra Coloniam commorantes Willelmo comiti student applaudere et ad ejus placitum apud ultimam sibi villulam, Haerlem videlicet, hastiludii stultitiam exercere.

12.     *p. 151*      Eodem anno Willelmus comes Hollandie non solum propriis, verum etiam diversorum intendens utilitatibus, transgressione cujusdam castelli, in dominio potentis episcopi Coloniensis videlicet constituti et Volmensteyne nomine famosissimo nuncupati . . . studet impetere vallatumque diebus variis manu fortissima impugnare.

**Caput 81a**

Wilhelmus itaque post obitum patris xviii<sup>us</sup> Hollandie comes effectus est, qui consequenter apud omnes principes terrarum adeo magnificatus est, ut ubique diceretur esse magister militum et prefectus principum; ducens in uxorem Iohannam de Valesio sororem regis Francie, de qua genuit Iohannem, Margaretam Romanorum imperatricem, Iohannam Iuliacensem comitissam, Philippam Anglie reginam, Wilhelnum succedentem Hollandie comitem, Ludovicum infantem et Elizabeth domicellam.

Hic Wilhelmus primo dominacionis sue tempore fecit in Harlem gloriosam acclamari curiam, quam x comites, c barones et m milites cum infinitis proceribus solempnizaverunt per plenam ebdomadam.

Is comes inclitus per officiales imperii vicarius regni deputatus in diebus suis multum gloriatus fuit, qui duo famosa castra, videlicet Bruyl et Volmensteyn, in episcopatu Coloniensi potenter expugnavit.

Iste princeps egregius divini nominis cultum ampliare volens, coadunavit in Middelburch novam canonicorum ecclesiam, quam anno Domini m ccc xi<sup>o</sup> satis largiflue ditavit ad perhennem laudis sue memoriam.

**Caput 81b**

Eodem anno Guido pontifex novum castrum edificare volens in territorio de Stellingwerf, solidum fundum per eductos exquisivit artifices, ut ex eo rebellantes posset expugnare Frisones. Sed quoniam idem episcopus ad generale concilium vocatus eo tempore Viennam ivit, ideoque structuram eiusdem castri diebus illis necessarie pretermisit. Dominus autem apostolicus Clemens quintus cum omni veneracione Guidonem suscepit episcopum, cui mediante rege Francorum cardinalatum exhibit per rubeum pilleum. Guido quidem episcopus domino pape condignas gracias agens oblatum honorem tante dignitatis abnuit, quinymmo Traiectensis episcopus ad vite sue terminum permanere maluit. Philippus autem rex tanti patris humilitatem intuens, dedit

**Cap. 81a**

- 1 itaque *cetM* utique *G23*  
patris *IIM* patris sui *G*  
*xviii<sup>us</sup>* hollandie comes *IIM* hollandie comes *xviii<sup>us</sup>* *G*
- 4 valesio *cetM* valeyso *A*
- 12 volmensteyn *GA12CM* volmesteyn *D* volmenstein *A3* vwolmesteyn *B*

**Cap. 81b**

- 4 concilium *A12D34* consilium *cetM*  
*viennam G13A12M* vyennam *A3* vienam *G2* in curiam *BCD*  
*eiusdem IIM* illius *G*
- 5 necessarie *GCM* necessario *ABD*
- 9 ad vite sue terminum *IIM* onibr *G*
- 10 maluit *GIABD4* inglit *G23CD123* (*onbegrijpelijk woord*) voluit *M*  
autem *GM* igitur *A12D3* ergo *A3BCD124*

**Caput 81b**

14. *Stoke X*  
865-69      Want men mochte up de tijt  
                 Dat segghen uten van den dinghe  
                 Tusschen van Vrancrike den coninghe  
                 Ende syere pertie an deen side,  
                 Ende van Vlaendren tenselven tide . . .

**Cap. 81b**

- 11 censu *cetM* sensu *A12*  
 14 pontozium *cet* pontosium *M* pontezium *CD2* pretorium *D3* pontegonium *A12* peroncarium *A3*  
     et *IIM* ontr *G*  
 18 fullenho *CDM* in fullenhoe *B* vullenho *G1* vullenhoe *G3A3* wollenhoe *G2* de vollenho *A12*  
     acerrimum *cetM* creberimum *A*  
 20 coarcere *A12BCDM* cohercere *GA3* verg. *81d reg. 11* gewoner is de spelling cohercere  
     autem *IIM* vero *G*  
     quibuscumque *cetM* quibusdam *GA3*  
 23 idem *IIM* iidem *G*  
 25 rotundatis *AB* rotundis *M* rotunditatis *G* iocunditatis *CD*  
 26 itaque *GM* utique *III*  
 28 adustionem *IIM* combustionem *G*  
     viminibus *GA23M* viriminibus *A1* nu (*nieuwe regel*) ninibus *C* miuinibus *D14* ommmbus *D2*  
     muunibus *D3* muneribus *B*  
 31 ut *cetM* et *G23*  
     dilapidarent *IIM* lapidarent *G*  
 35 fullenho *A12BCDM* vullenho *G1* vulinhoe *G3A3* wollenho *G2*  
 36 valedicens *IIM* valedixit *G* Dit lijkt stylistisch beter, maar wij richten ons naar *M*.  
 39 classem *GAM* classis *BCD*  
     navigium *cetM* exercitum *AB*  
 42 sulphuris *GBDM* sulfuris *A12C* sulphuris *A3*  
 44 supra *A12CDM* super *GA3B*  
 46 postes *IIM* postes *G*  
 47 inextinguibili *IIM* inextinguibiliter *G*  
 50 castellanius *G* castellanus *AB* castellarius *CD*

eidem reverendo pontifici quingentas libras annuatim de censu regalis camere, ut sibi de cetero foret astrictus in vinculo perhennis amicicie. Denique terminato sollempni consilio(!) Guido pontifex cum eodem rege secessit ad Pontozium, ubinam et idem rex inter comites Hollandie et Flandrie de prefata

15 guerra suum promulgare decrevit arbitrium. Cum autem hec agerentur apud Franciam, mors episcopi Guidonis divulgata fuit apud Frisiam, quapropter coloni de Stellingwerf multiplicatum eduentes exercitum, impegerunt castrum Fulleno per assultum acerrimum, pro eo quod idem episcopus dudum in finibus eorum edificare castrum attemptasset, per quod tumultuantes Frisones

20 a consueta rebellione coarcere potuisset. Castrenses autem econtra quibuscumque necessariis habunde premuniti Frisonicis insultibus laudabiliter obstiterunt, quos balistis et fundibulis viriliter a suburbio profugarunt. Quapropter et idem Frisones superedificaverunt procere celsitudinis excellentem machinam cum tribus cenaculis, quam ex omni parte valentibus impleverunt armigeris,

25 quatenus de superiori cenaculo decertarent rotundatis lapidibus, de medio preacutis missilibus et de subinfimo bipennicis securibus. Hanc itaque machinam superextractam lignifaber circumvestivit taurinis pellibus ad sufferendum ignis adustionem, quam eciam circumsepivit cratinatis viminibus ad refrenandam arcus impulsionem. Frisones igitur horrendam machinam ad

30 distanciam quinque pedum a castro viriliter impellentes, nitebantur totis viribus ut principalem arcem dilapidarent, balistarios a muris absterrent, et extunc absque dispendio castri propugnaculum introirent. Gerardus autem Davantriensis ecclesie prepositus, attendens oportunam Hermanni fratri sui necessitatem, repentina profectio tetendit ad Franciam, et episcopo Guidoni

35 castrensum obsessorum in Fulleno periculosam intimavit augustiam. Nec mora quin et idem episcopus magnifico regi valedicens Hollandiam festinanter advenit, expedicionem indixit, exercitum collegit, classem adiunxit, et ad Frisiam transfretavit. Castellarii vero cernentes a cacumine turrisiminere classem appropinquare navigium, intellexerunt quod dominus episcopus ipsis

40 ab Hollandia desideratum asportaret auxilium. Quamobrem iidem illustres armigeri confestim adimpleverunt tunnellam fomento lardi, stuppe, salisperre, picis ac sulphuris, quam ex omni parte circumstipaverunt ferratis vinculis. Hanc ergo tunnellam inextinguibiliter accensam castrenses audacter eiecerunt supra tectum vicine machine, que tenacibus uncis affixa protinus adhesit posti

45 lignee, et ecce levis aura flammigerum rogum paulatim suscitans circumaspersit in superiori cenaculo, ex quibus postes, trabes et crates cum 1 Frisonibus inextinguibili concremate sunt incendio. Porro ceteri Frisones stridorem tam estuantis flamme nequaquam tollerare valentes corruerunt extemplo de ruitura iam machina, qui contractis cruribus et lacertis vix erupti sunt a morte

50 tam acerrima. Hermannus autem castellanius haut piger valvas castri patenter extunc aperiens cum cornibus horrisoris ac animosis vernaculis disturbatos Frisones indilate secutus est, qui occisis quasi quingentis fugientibus ad presidium castri victorioso reversus est.

Hiis itaque peractis Hollandiensis advenit exercitus, ibique bellicosus episco-

reg. 59 sqq een verhaal, dat misschien als bron heeft de kroniek, die wordt vermeld Proc. p. 130: Si autem, qualiter dictus comes se cum Trajectensibus habeat, queritur, liber cronicorum Egmondensi cenobio videatur. Ibi enim perfecte ostenditur, quod sibi sunt humiles et ad ejus nutum quasi singula disponentes.

79. *Proc. p. 88* Anno MCCCXV Ludovicus rex Francie cum maximo exercitu in loco qui Curtrike dicitur, supra fumen Lilii, satis prope oppidum ingreditur, in cuius adiutorium Willelmus comes Hanonie et Hollandie turba nobilissima versus orientem eidem patrie sociatur.

81. *p. 89* Nam rex prefatus pluviarum habundantia recedere compellitur ... Willelmus vero comes auditis rumoribus de recessu regis, destructis in Flandria quibusdam villis fluvio qui dicitur Scelth, contiguis sanus et incolumis proprie terre, partibus videlicet Hollandie, sociatur.

- 
- 56 iohannes dominus de Arkel *HIM* dominus iohannes de Arkel *G*  
 57 theodricusque *HIM* theodricus *G*  
 brederode *A12D* brederode *A3* brederode *C* brederoede *G* brederoeden *B*  
 putte *cetM* putten *A*  
 58 qualiter *HIM* quatenus *G*  
 59 denique *cetM* enim *D3* igitur *G*  
 61 villas *HIM* urbes *G*  
 hec *cetM* onibr. *G*  
 62 caliginose *HIM* caligine *G*  
 63 derepente *cetM* repente *AB*  
 65 vero *cetM* onibr *B* autem *G*  
 66 hemisperium *GDM* emisperium *ABC*  
 70 vix *cetM* iam *A* Aant. Buch. voegt bij dit tweede iam in margine in vix, wat door Lap op de verkeerde plaats, nl. achter anchoris, is gezet.  
 73 quidem *HIM* autem *G*  
 77 aut *HIM* ac *G*  
 aliquatenus *III* aliquam *G*  
 79 Lilii uit bron, maar het is fout (Proc. p. 89 noot 1)  
 84 ergo *III* autem *G*  
 comes *III* hollandie comes *G*  
 auditis *HIGI* auditii *G23* verbeterd in audito *G3*

55 palis adjunctus est populus. Dominus autem Florencius Traiectensis prepositus et Iohannes dominus de Arckel miles inclitus, consiliarii predicti pontificis, Theodricusque de Brederode et Nycholaus de Putte milites, consiliarii prefati comitis, locatis castris diurnatim archanum tractaverunt interloquium, qualiter adversus Frisones tutum possent inchoare prelum. Quorum denique decreto  
 60 consilio preconis voce tubicinatum est, alterna die certatim arma tollere et Frisiam tendere et vicinas villas adurere. Sed ecce spes hec omnino cassata est, quoniam in opaca caliginose noctis umbra mira tempestas invaluit, inaudita pluvia derepente cecidit et ventosus turbo violenter inhorruit, adeo quod papiliones hincinde disrupti sunt ac animosi pugiles propter aeris intemperiem  
 65 acriter afflicti sunt. Alterna vero die cum solare iubar matutinum illustraret hemisperium prenarrati principes attendentes superficiem terre non esse meabilem propter inundantem pluviam, insuper et ipsam Frisiam inaccessibilem propter instantem iam hyemem, preceperunt extemplo castra tollere, classem resumere et ad propria tendere. Et ecce navalis exercitus solutis iam anchoris  
 70 a littore maris vix abcesserat cum universus quasi Frisie populus pacem exquires ac emendam promittens cum obsidibus illic advenerat. Sed quid plura? Soluti sunt obsides de tam inopinata prosperitate gaudentes, et reversi sunt Frisones ad sua, diem festum in leticia celebrantes. Guido quidem episcopus expensis maximis pregravatus secessit ad Franciam, ut ibidem ad aliquos  
 75 annos in parcimoniali sumptu staret, quoadusque precuniam obligatam competenter exsolvere posset. Formidine tamen absentis episcopi nullus predo fuit ausus episcopatum introire aut indigenis violenciam aliquatenus irrogare. Anno Domini m ccc xv<sup>o</sup> Ludovicus rex Francie cum exercitu copioso Flandriam ingressus prope Cortracum super fluvium Lilii sua precepit extendi  
 80 tabernacula, cui Wilhelmus Hollandie comes cum populosa turba navalis exercitus in auxilium veniens prope Calo super alveum Sceld sua iussit exaltari tentoria. Sed ecce prefatus rex per assiduam intemperiem pluvialis aure compulsus est ad Franciam retrocedere, et Flandriensem populum ab infesta molestacione dimittere. Wilhelmus ergo Hollandie comes auditis de absen-  
 85 cia regis veridice rumoribus omnes villas citra ripam predicti fluminis hostiliter incendit, salvisque suis bellatoribus ad Hollandiam remigavit.

**Caput 81c**

1. *Proc. p. 90* Anno sequenti, scilicet MCCCXVI, fuit tam valida hec pestis tamque amara, . . . Fuit autem tantus horror tantaque necessitas presenti agone, quod pauper, dum fame moritur . . . Insuper, quod magis est, veritate percipitur pauperes quosdam ad abjecta pecorum cadavera procedere et ibi more canum carnes crudas dentibus abstractas deglutire.
8. Unde presens maledictio non multum ab illa, que in trenis legitur, distare dinoscitur, nisi quod hic manus mulierum filios non coxerunt.
10. Interea divine pietatis clementia sue benignitatis largitatem volens ostendere, eodem anno eisdem locis humano generi tal clementer affuit, quod mensura siliginis, XV solidis Hollandensibus comparata et amplius, totidem ejusdem monete denariis comparatur, in quo Omnipotentis clementia ejusque potentia quamplurimum collaudatur. Nec solum hac miseria hujusque tedium populus hoc triennio affligitur . . .

**Caput 81d**

1. *Cat. ep. Ultr. p. 495* Guido de Hannonia . . . obiit vero anno Domini 1317 IV kalendas junii . . .
18. *Proc. p. 93* Anno eodem, scilicet 1316, Guydo Trajectensis episcopus, Willelmi comitis Hollandie patruus, de medio tollitur . . .

**Cap. 81c**

- 1 cometes *cet* cometa *A3BM*  
 3 sicut *cet* sicuti *A12*  
 4 sicut *cet* sicuti *A*  
     indecocte *III* incocte *G*  
 6 sive *III* seu *G* et *M*  
 9 decoxerant *cetM* coxerunt *A*  
 11 sue *IIIM* onibr *G*  
 12 adauxit *cet* auxit *M* adduxit *A*

**Cap. 81d**

- 3 goy *GBCD* ghoy *A12M* goer *A3*  
 4 kulenburch *A12M* culenburch *G13A3BCD* (*kan ook wel de auteurslezing zijn*) colenborch *G2*  
     nicolai *G1A3CM* nycolai *G23D3* nycolay *D4* nycolay *A1D1* nicholai *A2* nicolae *D2* nycolai *B*  
     catze *GABDIM* cats *C* catse *D234*  
 6 nicolaus *G1CM* nycolaus *G23A1D234* nycolaus *BD1* nicholaus *A23*  
 9 ab *IIIM* de *G*  
 10 goy *cet* ghoy *AM*  
 11 coarceret *cetM* coherceret *G1*  
     debitam coarceret *IIIM* coarceret debitam *G*  
 12 itaque *cetM* autem *A3* igitur *G12* ergo *G3*  
 17 presiderent *IIIM* residerent *G*  
 21 umbram *III* tenebras *G* circa noctem medium *M*  
 23 autem *IIIM* quidem *G*

### Caput 81c

Anno Domini m ccc xvi<sup>o</sup> radiosa cometes apparuit, mortifera pestis inhorruit, et valida fames invaluit, adeo quod plerique pauperes – si fas est dicere – cadavera pecudum sicut canes crude corroderent, nichilominus et gramina pratorum sicut boves indecocte comedenter. Fuit etenim hec fames seu 5 pestilencia tam aspera, quod mendicantes absque numero morerentur in campis, silvis sive nemoribus, et eorum corpora sine catholicis exequiis sepulture traderentur in locis agrestibus. Quapropter hec miseranda calamitas a trenis Ieremie prophete saltem in hoc discrepare videtur quod hic manus mulierum proprios filios non decoxerant, et eorum carnes urgente fame non 10 manducaverant. Post biennium vero divina misericordia compaciens humane miserie largitatem munificencie sue clementer ostendit, et incrementa frugum ubique terrarum in tantum adauxit, ut modius siliquinis pro quinque grossis Turonensibus emebatur, qui paulo pridem pro quinque solidis Turonensibus

emebatur.

### Caput 81d

Anno Domini m ccc xvii<sup>o</sup> Guido pontifex reversus a Francia totum episcopatum cepit in tranquilla pace disponere, cunctosque grassatores ulcione severa corrigere. Fuit etenim illis diebus Giselbertus de Goy iunioris etatis adolescentulus sub tutela Iohannis de Kulenburch et Nicolai de Catze constitutus, a 5 quibus idem episcopus ex parte iamdicti pueri de receptis sanam exigit computacionem vel tutele resignacionem. Iohannes autem et Nicolaus parviperentes mandatum reverendi pontificis recusaverunt de receptis rationem reddere, nec tutele prenominati iuvenis aliquo modo cedere. Quamobrem idem episcopus tam ab Hollandia quam de potestate propria per pulchrum eduxit 10 exercitum et castrum Goy vallavit obsidione per circuitum, ut cum mangenis turres impetuose quassaret et castrenses ad satisfactionem debitam coarceret. Castrenses itaque magnanimitatem pontificis intuentes, obsidionemque tam populose magnitudinis formidantes, ipsum castrum salva vita cum bonis libere resignarunt, quinymmo gloriose pontifici debitam satisfactionem de 15 preterita contumelia promiserunt. Guido quidem episcopus adeptum iam castrum commisit Arnoldo de Yselsteyn ac Wilhelmo bastardo Florencii comitis Hollandie, quatenus ipsi presiderent in eo sub munimento fidelis custodie. Sed ecce Guido preclarus antistes eadem nocte, que est iiiii kalendas iunii mensis, egritudine subitanea debilitari cepit, et astantibus quibusdam de 20 suis familiaribus vite spiritum exalavit. Nec mora quin castrenses dudum electi citra noctis umbram per notas semitas scalas muris applicarunt, ac omnes armigeros episcopalnis curie soporantes adhuc in stratu cum verbis minatoriis eiecerunt; corpus autem reverendi pontificis confestim infra civitatem Traiectensem devectum est, quod ibidem apud maiorem ecclesiam lacrimosis 25 exequiis honorifice tumulatum est.

Hic electus pater xvi annis condigne regens episcopatum, sancto Martino

24. *Cat. ep. Ultrai.* Wilhelmus . . . est sepultus in quadam cappella in parte meridionali  
p. 492 in eodem sepulcro in quo Guido episcopus est sepultus.
27. *Cat. ep. Ultr.* Guido de Hannonia optinuit episcopatum per curiam Romanam;  
p. 495 et tempore suo emit castrum de Stoutenborgh, et construxit Dollen-  
borgh, et castrum de Gore eciam construxit.

### Caput 82a

1. *Proc. p. 93* . . . Guydo Traiectensis episcopus, Willelmi comitis Hollandie pa-  
truuus, de medio tollitur, cuius sede Fredericus de Zeric tam clero  
quam populo sublimatur.

Bron van 82a onbekend. Men vindt enkele gegevens in de volgende stukken.

7. oorkonde 12 okt. 1319 (Mieris II blz. 220): Uitspraak tussen bisschop met graaf van Holland tegen Reinoud van Gelre met die van Lienden ende haere helpers . . .
8. In den eersten dat die van Lienden dat huys van Dollenburg . . . weder opmaeken sullen.
12. oorkonde 10 nov. 1319 (Mieris II blz. 228): Reinout van Gelder, de zoon, belooft, zijn vader uit gevangenschap te ontslaan.
16. oorkonde 13 okt. 1319 (Mieris II blz. 221) vermelding van: heer Jan van Arcle.
18. oorkonde 23 jan. 1319 (Mieris II blz. 206): dat die van Lienden ende hoir helpers, die dat huys te Dollenburch . . . holpen breken, dat voirsz. huys weder maken zullen. . . .  
(blz. 207): . . . van den oirloghe vorz. van Zoelen ende van Boemel.

- 6 habitus est *HIM* est habitus *G*  
namque *A12CDM* autem *GBA3*
- 10 reynoldi *cet* reynaldi *GB* rinaldi *M*
- 12 reynoldus *G13ACDM* reynaldus *G2B*
- 16 dominum iohannem *GM* iohannem dominum *III*
- 17 prefecit *III* prefecit in *M* fecit *G* De zin wordt door Lap verbeterd door verandering van de quo in cui.
- 18 educens *cetM* adducens *A12*  
castren *G* casteren *B* castrem *A3* castrum *A12CDM*  
villulis *BCD* villis *GAM* Driemaal veranderingen in villis is waarschijnlijker dan omgekeerd.
- 20 debitam *cetM* ontbr *A*

tria castra scilicet Gore, Dullenburch et Stoutenburch ad perhennem sue laudis honorem optulit, et pro debitibus antecessoris sui Romane curie m quadringentas libras exsolvit. Totum episcopatum sine debitibus successori suo  
 30 dimisit, quem eo vivente contra circummanentes principes potenter et pacifice gubernavit. Fuit etenim idem episcopus aspectu decorus, statura venustus, sermone facundus, ingenio clarus, consilio cautus ac in multis graciiosis virtutibus extollendus.

Wilhelmus autem Hollandie comes defuncto patruo suo dominia de Aemstel  
 35 et de Woerden dicioni sue subegit, in quibus ex parte sua balivum sive villicum deputavit, asserens quod eadem dominia sepedicto pontifici pro patrimonio fuerunt assignata, que propter transgressionem arbitrii forent ad comitatum Hollandie devoluta.

### **Caput 82a**

Sepulto Guidone pontifice Fredericus huius nominis secundus, natus de Zirck, sancti Petri Traiectensis prepositus, ad instanciam Wilhelmi comitis <sup>xliii<sup>us</sup> electus est episcopus. Hic Fredericus in Romana curia consecratus ex propriis debitibus plurimum obligatus fuit, quamquam episcopatum satis divitem – ut  
 5 predicitur – adinvenit. Ideoque sub brevi tempore multum inops effectus est, et tam a suis quam alienis modice reputacionis habitus est. Castrenses namque de Lienden, homines episcopatus frequenter exactionantes pro magna parte castrum Dullenburch incenderunt, qui et aliquociens Reni gurgitem transfrentes carredas deferentes episcopo necessaria captivarunt. Super quibus  
 10 molestiis idem episcopus oportunum imploravit auxilium Reynoldi comitis Gelrie, quatenus iure debite fidelitatis sibi subveniret in vindictam talis iniurie. Sed ecce Reynoldus illustris comes paulo post a proprio filio suo captivatus est, et episcopus a desiderato iuvamine destitutus est. Quamobrem et ipse pontifex Hollandiam adiit, fidem et consanguinitatem Wilhelmi comitis  
 15 ammonuit, et ab eo debite subvencionis iuvamen expecxit. Nec mora quin et idem comes expeditum aggregari fecit exercitum, de quo dominum Iohannem de Arckel virum egregium prefecit capitaneum. Et ecce iamdictus Iohannes Hollandros educens Lienden, Castren et Bomelen cum villulis adiacentibus omnino succedit, ac omnes adversantes hostes ita strenue subiugavit, ut  
 20 ipsi prefato pontifici non solum de cunctis offendiculis debitam satisfactionem exhiberent, verum etiam confractum castrum Dullenburch sub expensis propriis repararent.</sup>

27 gore cet ghore AM  
sue laudis ACD24M laudis sue GBD13

28 honorem cetM memoriam GA3

### **Cap. 82a**

- 1 zirck GA12M zirick A3 zierick B zirk CD234 zirc D1
- 2 ad t/m comitis cetM ontbr A
- 3 plurimum cetM multum GA3
- 4 obligatus cetM aggravatus A
- 5 adinvenit GM invenit III  
ideoque IIIMG1 ideo G23

**Caput 82b**

1. *Proc. p. 102* Anno 1322 ...

*p. 107* Eodem anno IX kal julii aggere suprascripto ... ruptis cicatricibus dissolvitur et majori quam pridem impetu aqua Rheni fluminis terre superficies obumbratur, cuius horrore non solum Trajectensium confinio luctus perpenditur, verum etiam quibusdam terminis Hollandie tedium triplicatur. Nam satum destruitur ...

6. Verwijst vermoedelijk naar oorkonde 12 juli 1323: bisschop, dekens en kapittels van bisdom en regeerders der stad Utrecht geven een keur over Lekdijk met bekraftiging van de graaf (Reg. Hannonesia blz. 116).

8. *Proc. p. 109* Eodem anno augusti kal. XIII° Fredericus Trajectensis episcopus, ... de medio tollitur.

9. *Cat. ep. Ultrai.* Vredericus episcopus obiit anno Domini 1322; vixit autem in episcopatu suo 5 annis, et est sepultus in quadam capella in parte boreali ecclesie Trajectensis.  
*p. 495*

**Caput 83**

2. *Proc. 109* Cujus capitulem electionem faciens variatur; majori enim et seniori parte dominus Jacobus de Otshorne, decanus ecclesie majoris, eligitur; minori vero Zudensis episcopus, qui et ipse Jacobus, postulatur. Quo deficiente et reliquo prevalente Willelmus comes Hollandie, qui intererat et Zudensis partem pro posse suo foverat, in maiorem prepositum ire vehementia accenditur, cuius causa ejusdem prepositi habitaculum incenditur et in ecclesie prejudicium per ministeriales proprios devestatur.  
(prepositus was: Floris van Jutfaas).

### Caput 82b

- Anno Domini m ccc xxiiº ix kalendas iulii disrupti sunt aggeres ex profluvio Reni supra solitum inundantis, ita quod in terra Traiectensi et in balivatu Rijnlandie per diluvium fluvialis aque sata putrescerent et prata vilescerent. Quapropter Wilhelmus Hollandie comes ecclesiam, claustrales, civitatenses et
- 5 nobiles post variam altercationem astrinxit, quatenus sub stipulacione signati cyrographi Cisrenanos aggeres ita firmarent, quod Hollandie populi de tali profluvio dampnum aliquo modo non haberent.
- Eodem anno xiii kalendas augusti Fredericus episcopus artetico morbo multum attenuates apud Horst migravit a seculo, postquam v saltim annis
- 10 Traiectensi prefuisset episcopio. Cuius corpus infra civitatem allatum est, quod ibidem in ecclesia cathedrali cum exequis competentibus inhumatum est.

### Caput 83

- Defuncto Frederico pontifice Wilhelmus comes iterato Traiectum advenit, et pro Jacobo Zudensi pontifice supplicari fecit. Sed ecce capitulo in electione bipartite divisum est: maior enim pars capitularium elegit Iacobum de Outhorn decanum Traiectensem, minor autem pars postulavit antedictum Jacobum
- 5 episcopum Zudensem. De qua controversia tumultus quidam infra civitatem exortus est, et Wilhelmus comes per strepitum popularis vulgi subitanee concurrentis aliqualiter anxiatus est. Quamobrem et ipse comes in magnam fremens iracundiam iussit preclarum habitaculum Florencii prepositi Traiec-

#### Cap. 82b

- 2 supra III super G  
balivatu III balivia G  
5 post variam altercationem cet ontbr A  
6 cisrenanos G13C cisrenanes G2 cisrenhanos A12 cisrenarios D cistonarios B Met het vorige woord  
samen corographicis renanos A3  
9 attenuatus cetM debilitatus A  
saltim cetM saltem GA2

#### Cap. 83

- 1 advenit cetM venit A  
2 pontifice cetM episcopo A  
supplicari cetM supplicare G23  
3 outshorn G oesthorn M oushoern A1 oesthoern A3 outhorn A2 outshoern CD outshorii B zie reg. 13  
4 traiectensem cet ontbr G andere tekst M  
autem cetM enim G23 vero B  
antedictum cetM ontbr A3 eundem G  
5 episcopum zudensem CDM zudensem episcopum A zudensem GB  
quidam IIIM ontbr G  
infra GBDM intra AC  
7 quamobrem cetM quapropter A

10. *Proc. p. 120* Noveritis itaque, . . . quod Frederico Trajectensi mortuo et Jacobo de Otshorne post domini Zudensis cassationem sollempniter sublimato, quod idem dominus Zudensis, Trajectensem sedem larga manu ambiens, sed spei anchoram a capitulo trahens, diversorum . . . studia concipit et finaliter illam que sequitur viam querit. Hic itaque, videns Jacobum de Otshorne corpore debilem et infirmatibus afflictum, missis versus curiam nuntiis . . . scienter impetrat primam Traiectensis sedis vacature collationem ejusdem capitulo subtrahi et camere summi pontificis reservari, sperans . . . eandem sedem apostolici collatione quorundam suffragio procurare.
18. *Proc. p. 109* Eodem anno Jacobus de Otshorne, supra in Trajectensem episcopum electus et confirmatus, sed minime consecratus, XII° kal. octobris, beati Mathei videlicet vigilia, hujus mundi spatio tollitur.
20. *Cat. ep. Ultr. p. 496* Jacobus . . . electus, confirmatus, vixit post confirmationem de eo factam sex septimanis. Obiit vero anno Domini 1322 in die beati Mathei apostoli et ewangeliste; et est sepultus in eadem capella in parte boreali ecclesie Traiectensis.

#### Caput 84a

2. *Proc. p. 109* . . . cuius sede vir prudens et nobilis, Johannes nomine, domini de Bronghorst frater legitimus et sancti Salvatoris prepositus, sublimatur.
5. *p. 120* Eodem anno . . . Johannes . . . Traiectensis electus, a quodam Babantino etiam Johanne, domini de Diest videlicet fratre, impetur . . .

- tensis in Thorne comburi, et ibidem omnia sua – proch nefas! – annullari.
- 10 Zudensis autem episcopus attendens quoniam ipse cunctis pene prelatis exosus esset, et quod adversus Jacobum electum aliquo iure prevalere non posset, electioni sive postulacioni cedens a desiderio suo fraudatus est, et Iacobus de Outshorn per confirmationem Henrici Coloniensis archiepiscopi <sup>xliii<sup>us</sup> effectus est episcopus. Hiis itaque peractis Zudensis episcopus, ut quidam</sup>
- 15 tradunt, ad Traiectense pontificium indesinenter aspirans et Iacobum confirmatum incurabili morbo debilitari cernens, procuravit extimpo primam Traiectensis sedis vacacionem camere domini pape reservari, sperans adhuc ex promocione quorundam dominorum temporalium promoveri. Iacobus autem electus et confirmatus vir honeste condicionis et amator ecclesiastice religionis
- 20 eodem anno xii kalendas octobris obdormivit in Christo, tumulatus apud maiorem ecclesiam in Traecto.

#### Caput 84a

- Post obitum vero domini Iacobi concapitulares electionem denuo celebrantes elegerunt unanimi voto Iohannem de Bronchorst prepositum sancti Salvatoris Traiectensis, qui continuo totum episcopatum gubernare disposuit, sed in opinata contrariante fortuna per modicum tempus episcopatui prefuit.
- 5 Vasalli namque principales ecclesie Traiectensis, utpote Iohannes dux Brabantie, Wilhelmus comes Hollandie et Reynoldus comes Gelrie destinaverunt

- 9 thorne *ACM* thorn *G* dorne *BD*  
 nefas *cet* nephas *G2A3BM*
- 10 quoniam *cetM* quod *A12*
- 12 fraudatus est *cet* defraudatus est *M* defraudatus *A*
- 13 outshorn *GD134* houtshorn *D2* oushoerne *A12* oesthoern *A3* outshoern *C* outhorn *M* outshoirii *B*  
 henrici *GBCM* heinrici *A12* heynrici *A3D*
- 14 effectus *cetM* electus *G23*  
*Het rijm kan worden hersteld door episcopus achter 44<sup>us</sup> te plaatsen.*  
 itaque *cetM* ita *A12* vero *A3*
- 17 sperans *cetM* ontbr *G23*
- 19 condicionis *cetM* converascionis *G1A3*
- 20 *Beke komt hier overeen met Procurator: vigilia beati Mathei (20 sept.), terwyl Necr. Oudemunster en Cat. 21 sept. opgeven; 11 kal. oct. en die beati Mathei*

#### Cap. 84a

- 2 elegerunt unanimi *IIM* unanimi elegerunt *G*
- 3-4 sed t/m prefuit *ontbr A*, en evenzo *Furm*, terwyl *Aant. Buch.* deze zin invoegen, evenals *Lap*, die echter de variant heeft inopinato incidente infortunio.
- 5 ecclesie traiectensis *IIM* traiectensis ecclesie *G*
- 6 gelrie *GM* ghelrie *III*

7. *p. 120-121*

Willelmus enim comes pro suprascripto Brabantino, Cameracensi videlicet preposito, jam preces suas . . . direxerat . . . Sed eodem Brabantino principum afflatus, scilicet Brabantie, Hollandie et Ghelrie, qui omnes in alium conspiraverant, prevalente et ipso utnunc instrumentis papalibus comparente . . . ipse facto appellans prima martii ebdomada in propria persona versus curiam dirigitur; per quem adversarius, ut sibi illo compareat, evocatur.

9. *Proc. 135*

Eodem tempore tactis jam pridem Trajectensis ecclesie litibus summi pontificis cancellario ventilatis et alterius partis, de Bronghorst videlicet Johannis, petitionibus annullatis, nobili viro Johanni de Dyest fata sedes ascribitur . . .

12. *p. 122*

Eodem anno . . . Johannes de Diest, adversarii redditum nolens atten- dere, auctoritate papalium nititur procedere, . . . maximam . . . multitudinem congregare . . .

13. *p. 123*

. . . Johannes de Diest manu armata turbaque prevalida XV kal. maji ville Trajectensi presentatur.

Venienti itaque Johanni de Diest armis depositis porta panditur, sedes episcopalis ostenditur, in qua sollempnitate precipua collocatur.

**Caput 84b***Proc. p. 166*

. . . quod quidam Judeus ritus Christianorum voce commendans perversaque simulatione ad baptismi lavachrum properans, actu et habitu fidelibus se studet jungere, necnon . . . ecclesiam frequentare. . . beatissimam quoque virginem varia sue ymaginis mutilatione provocaret, ipsa cuidam fabro . . . in sompnis apparuit et eum contra dictum Judeum ad duelli certamina confortavit. . . Ad instantiam itaque fabri idem Judeus judicis officio ad campum trahitur, ubi mox non solum fabri, verum Dei mallio declinatur. A quo dum veniam petente nequitiamque fatente . . . miser ad patibulum ducitur . . .

*p. 167*

ambassatores ad Romanam curiam devotissime supplicantes pro Iohanne preposito Cameracensi, quatenus sibi provideretur de vacanti pontificio Traiectensi. Dominus autem apostolicus Iohannes XXII<sup>us</sup> ad preces antedictorum principum providit extunc eidem preposito de vacante pontificio, quod tamen, ut quidam asserunt, minus debite reservatum fuit ab eodem apostolico. Itaque Johannes de Diest in curia consecratus ad partes accelerans, plurimam miliciam contrahens, civitatemque decenter ingrediens, more solito cathedralius est, et Iohannes de Bronchorst vir amandus ab aliquamdiu possesso pontificio 15 substitutus est.

### Caput 84b

Anno Domini m ccc xxvi quidam Iudeus apud Hannoniam cathecuminum se fieri postulavit, quem Wilhelmus comes tanquam filium adoptionis de sacro fonte suscepit. Hic ergo conversus devocationem simulans cuiusdam monasterii solus subintravit ecclesiam, ubi gloriose regine celi virginis Marie pulcherrime 5 depictam aspergit ymaginem. Quam idem maleficus in roseis genis acumine lancee sue defixit, et latenter abinde discedens ad consueta negotia properavit. Et ecce rivus sanguinis confestim emanare cepit a cicatrice recentis vulneris, per quem plerique debiles salvi facti sunt de diversis morbis aggravantis egreditur. Hiis itaque clam a falso christiano peractis Virgo super omnes 10 mulieres benedicta cuidam fabro per nocturnam visionem apparuit, et ut pro dicta contumelia perfidum christianum ad duellum provocaret instanter ammonuit. Quod et ita factum est, idem namque faber interveniente matre misericordie duelli campum adeptus est, et misellus Hebreus reatum suum aperte promens a prefecto suspensus est.

7 ambassatores *GA12DIM* ambassatores *BCD234* ambaciatores *A3*

12 de diest *IIM* ontr *G*

plurimam *cetM* pulcherrimam *A*

14 ab aliquamdiu possesso pontificio *IIM* aliquamdiu ab pontificio possesso *G*

15 est *cetM* ontr *A* Hier houdt te tekst van de Chronographia in het hs *M* op.

### Cap. 84b

3 ergo *cet* igitur *AB*

4 *celi* *cet* ontr *D3*

5 idem *III* ille *G*

acumine lancee sue *III* acute lancee sue *G*

6 discedens *cet* ascendens *A12* abcedens *A3*

7 a *III* ex *G*

8 aggravantis *III* aggravati *G*

11 perfidum *cet* profanum *C* profundum *D*

12 matre *III* maria matre *G*

14 aperte *III* ontr *G*

**Caput 84c**

1. *Proc. p. 181* Anno Domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>xxvii<sup>o</sup>  
*p. 182* Eodem anno Ludovicus, qui rex Alemannie dicitur . . . Alpes aggreditur . . .
2. *p. 185* . . . ad assumendum dyadema cesareum more solito et sedem imperii principalem . . .
3. *p. 184* . . . tenor littere de verbo ad verbum inseritur, que sepedicti palatio ad Hollandie curiam descendebat. . . .
- p. 190* Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Willelmo comiti Hollandie socero suo dilecto gratiam suam et omne bonum. . . . Cum ergo largitor omnium gratiarum . . . longe plures civitates et castra . . . quam divine memorie Henricus imperator predecessor noster habuit, nobis fidelitatis homagia prestiterint, . . .
- p. 191* . . . quod in coronatione nostra imperiali in ipsa urbe nullus nobis possit difficultates . . . ingenio aliquo procurare; quare saceritatem et fidem tuam sub debito, quo nobis et filie tue jure teneris . . . ac sacro imperio, cuius te membrum novimus principale, presentibus obtestamur, . . .
9. *p. 190* . . . pertigerimus januas Lombardie . . .
- p. 191* . . . quatenus indilate te omni fortitudine et potentia . . . pares, . . . recepturi palmas imperialis triumphi, quas sine te ac tuis amicis capere quodammodo nos tederet. . . . Datum Cumis 4 idus aprilis anno regni nostri 13.
12. *p. 199* Eodem anno inferioris Germanie principes, Hollandie videlicet et Ghelrie necnon de Juliaco comites . . . sua statuunt disponere necnon, ut Ludovico personaliter subveniant, disputare . . .
14. *p. 247* Eodem anno Lombardorum nequitiis . . . quedam Ghelforum milia ad Bauri destinantur perniciem, qui veraciter omnes quadringentis Theuronicorum manibus trucidantur.
17. *p. 249* Et nota Johannem papam et Willelmum comitem varias sibi invicem misisse litteras, Bauri negotia continent, pro cuius reconciliatione Willelmus comes . . . personaliter ad curiam tendere jam proponit . . .
20. *p. 251* Eodem tempore Willelmus comes, qui maximis veraciter expensis, octingentis videlicet equitibus, frustra versus curiam se direxerat, revertitur. Frustra quidem diximus, quoniam sibi omnibusque suis pape presentia denegatur. Restantibus etenim ab itineris sui termino dietis circiter tribus occurrunt qui premissi fuerant, qui sibi percepta breviter nuntiabant, videlicet quod papa ipsum nec audire nec videre voluit et . . . quod pontes fluminum destrui preceperat, per quos ejus fieri transitum presumebat.
22. *p. 251* Unde Willelmus converso itinere quasi cum impetu versus Franciam dirigitur . . .

**Caput 84c**

Anno Domini m ccc xxvii<sup>o</sup> Ludovicus rex Romanorum Alpes transire disponens et ad imperialem coronam aspirans, auxilium Wilhelmi comitis expetivit, ac eidem tenorem subsequentis epistole destinavit: „Ludovicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Wilhelmo comiti Hollandie

5 socero suo dilecto graciam suam et omne bonum. Cum ex divina largitatis munificencia longe plures civitates et castra nobis quam dive memorie quondam Henrico predecessori nostro fidelitatis homagia prestiterunt, ita quod in imperiali coronacione nullus nobis possit difficultates aliquo modo procurare, saceritatem seu fidelitatem tuam quam nobis et imperio teneris, cuius mem-

10 brum principale te cognovimus, hiis presentibus obtestamur, quatenus indilate Lombardiam advenias cum potencia militari recepturus nobiscum palmas imperialis triumphi, quas sine te capere quomodolibet, nos tederet. Datum Cumis etc”. Igitur hac epistola gracie suscepta Wilhelmus comes associatis sibi comitibus Gelrie, Clivie, Iuliacensi et Montensi cum octingentis equitibus

15 acceleravit Alpium aspera iuga transcendere, et Ludovico regi contra Guelphorum insultum armipotenter assistere. Cum hec itaque disponebantur Wilhelmus comes, quorundam abusive fretus consilio, decrevit primo pro reconciliacione regis et pape Romanam visitare curiam, antequam in apparatu pulchre milicie properaret ad Ytaliam. Dominus autem apostolicus festino

20 referente nuncio, famam hanc audiens imperavit extemplo pontem infringi trans Rodanum, quatenus idem comes eo difficilius illic haberet aditum, demandans per sentenciam eterne maledictionis, ut rediret ad terram propriam, et quod in auxilium Ludovici regis nequaquam iret in Ytaliam. Itaque Wilhelmus comes ab inchoata via retrocedens apud villam Parisiensem

25 aliquantis diebus in consilio regis Francorum detentus est, cui contra vulgus Flandrie de novo rebellantis fidelissime coastrictus est.

**Cap. 84c**

*Dit caput ontbr D4.*

1 ludovicus III ludowicus G

7 in AB ontbr GCD

10 hiis presentibus GAI presentibus hiis BCD presentibus A2  
obtestamur AD attestamur GBC

12 datum cumis etc volgens bron datum cūris etc G datum etc. A ontbr BCD

13 wilhelmus comes cet ontbr A

17 abusive III ontbr G

reconciliacione cet consiliacione D3

22 maledictionis cet dampnacionis D3 ontbr, want enige woorden overgeslagen D2

26 rebellantis cet rebellans G rebellantem B  
fidel. coastr. est III coastr. est fidel. G

23. *Proc. p. 250* Hujus itaque transitus principium . . . Parisius cernitur . . .
24. *p. 244* Willelmus comes . . . versus Flandriam dirigitur . . .
- of: p. 227* Et ecce quod, sicut apud Flandriam communitas inobediens prius inclinata legitur . . . Flandria etenim per presentiam comitis Hollandie subjicitur . . .

**Caput 84d**

1. *Proc. p. 220* Proficiat itaque Philippus rex . . .
2. *p. 220* Quorum rumore Willelmus comes vere multum tangitur . . . comes Hollandie Willelmus . . . tam ministros quam nobiles convocavit, trinctas cum eis de Francorum regis amicitia pariter cum nequitia Flamingorum, qualiter quoque regi subveniat illisque auxilio vel consilio noceat . . .
3. *p. 222* . . . comes Flandrie valida multitudine circumcirca discurrere nititur . . . Unde quidam . . . qui regis adventu ad imperatoris castrum, Casselbergh videlicet nomine, confugerant ibique degebant . . . Horum adventu Willelmus comes suos divisim a Francis locaverat . . . Prima igitur acie propinquante, regis quoque populum infra ipsorum tentoria provocante . . . due superius fatarum acies hostiliter nituntur occurrere . . . Quibus devictis in fugamque conversis ipse tertie a tergo affuit, ubi regem cum suis maximo hac vice periculo liberavit.
6. *p. 223*
9. *p. 223* Ceditur itaque miserrimus Flandrie populus se defendens, ceditur quoque fugiens, ille tamen honestius, iste vero tutius.
10. *p. 223* Tertia itaque feria, sancti quoque Bartholomei vigilia, belli hujus certamen aggreditur, cuius miseria Flandrie communitas atteritur; X utique ipsorum milibus, exceptis fuga cadentibus, hoc privato jam prelio vite spiritus elongatur. Quot vero milia puerorum ac feminarum, ad ecclesias fugientium, ignis absorbuit, gesta nobis referens ignoravit.  
(Deze gesta zijn misschien de bron van Procurator en van Beke).

**Caput 84e**

4. oorkonde Mieris II blz. 460–61 20 juli 1328: . . . grijtmannen van den ghemeinen lande van Westergoe . . . bi zeggen des bisschops van Zuden, des Abts van Staveren . . . ende haren Pieters des Dekens van Meerden (=Mirdum)  
en
11. Mieris II blz. 462, 24 juli 1328: Wi scepenen ende raet ende ghemeine stat van Staveren . . . want dat ghemeine land van Westergoe ghesoend heeft jeghens onzen gherechten here, baren Willem graven van Henegouwen . . . bi den biscoop van Zuden, den Abt van Staveren . . . ende bi haren Pieter, den deken van Mairden . . .  
De eerste oorkonde wordt ghegeven tote Alkmaer, terwijl Beke zegt Haarlem.

**Caput 84d**

Anno Domini m ccc xxviiiº Philippus rex in manu fortí descendit ad comitatum Flandrie, in cuius adiutorium decenter advenit prelibatus comes Hollandie, qui citra montem Casselimum sua castra figi precepit, et exinde secundum consuetum morem inter utramque partem verbum pacis ordinavit. Flandrienses 5 autem festinaverunt extemplo de predicto monte descendere, et regem adhuc improvisum infra tentorium suum interimere. Quo comperto Wilhelmus comes precepit tubis perstrepere, vexilla tollere et tumultuant vulgo certatim occurrere. Nec mora quin utraque pars in unum conglobata pro triumphali laude multum laboris explevit, donec Flandrie populus demum lassitudine 10 victus in bello succubuit. Contigit autem hec strages die xxiiia mensis augusti, in qua Flandrienses ad sex milia vel amplius cruentissime sunt occisi.

**Caput 84e**

Eodem anno Wilhelmus comes pro recuperacione dominii sui Frisiam Orientalem debellare disponens, deputavit in mari piratas crudeles, qui rapinam ab agris ville Mardensis frequenter abduxerant, et incaute navigantes Frisones in ponto sepe submerserant. Demum per quosdam venerabiles abbates et 5 cives Stravrienses tumultus belli remissus est, et dies ad interloquendum de convencionis pacis in Harlem assignatus est, ubi tandem terminato placito sub hac forma compositionis inter utramque partem fedus amicicie reformatum fuit, quatenus cuncti Frisones citra rivulum Lavice commandantes debeant infra biennium more vasallorum bona sua feodalia de manu predicti comitis suscipere, iusticiarios suos absque contradictione quavis admittere, et villicis suis 10 tributa iusta reddere. Itaque pace reformata Frisones per ostensionem cuiusdam antiqui registri docuerunt extunc Wilhelnum comitem, qua solemnitate principes Hollandie tenerentur Orientalem Frisiam introire et ex arduis causis ibidem iudicium et iusticiam exercere.

**Cap. 84d**

- 2 prelibatus *cet* prefatus AB  
 3 sua castra figi CD sua castra fingi AB sua figi castra G  
 6 interimere III perimere G  
 9 tubis *cet* tuba D  
 10 lassitudine victus *cet* lassatus A12B lassatus est A3  
     die xxiiia CD134 die 13 D2 die xxiiii AB xxiiia die G

**Cap. 84e**

- 2 piratas A3CD123 piretas D4 piratos G13B pyratos G2A12  
 4 in ponto III onibr G  
     submerserant *cet* submergerunt A submerserunt B  
 8 rivulum GAB revelum CD  
     debeant III debent G  
 9 suscipere III suscipere et G  
 10 quavis *cet* onibr A  
 11 reddere III redi G  
 12 extunc III tunc G  
 13 tenerentur III tenentur G

**Caput 84f**

1. *Proc. 229.*  
*p. 232*
2. Anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XXIX<sup>o</sup> etc.  
 Istis quasi vicino temporibus . . . Bauri socia, videlicet comitis filia, quasdam litteras versus Hollandiam dirigit, quarum unam Egmondensi preposito, abbati videlicet Theoderico, in hec verba per ordinem destinavit:

Margareta, Dei gratia Romanorum imperatrix semper augusta venerabili viro abbatii Egmondensi . . . gratiam suam et omne bonum. Cum ad ipsius laudem . . . Deus . . . dividens singulis, prout vult, hiis diebus . . . statum nostrum grandevum ad culmen gratie singularis prerogative . . . dignatus fuerit sublimare, quod auribus vestris devotis . . . cupimus insonare . . . scire volumus, quod in urbe XVII die Januarii mensis . . . multis honoribus et dignitatibus, tripudiis, ceremoniis et ceteris quamplurimis . . . ornatibus ad hoc spectantibus specialiter et consuetis, in ecclesia beati Petri cesareo et imperiali dyademate fuimus magnifice coronate. . . . Datum Rome primo idus martii.

De brief bij Beke heeft dezelfde inhoud maar een andere geadresseerde.

**Caput 84g**

Mieris II 556: Uitspraak over geschillen tussen bisschop Jan met stad Utrecht en graaf met heer willem van Duvenvoorde en met de poorters van Oudewater 18 jan. 1334.

11. . . . mit enen segghene also tusschen enen eersamen vader in Gode, heren Janne bisschop van Utrecht, dier stat van Utrecht ende heren Willaem grave van Heynnegouwe ende van Holland ende heren van Vriesland, heren Willem van Duvenvoorde, die poirteren van Oude-water ende horen hulperen an die ander side, van allen oirloghe, twist ende zaken die sien tusschen die partijen voirscreven, ende sonderlinghe van Ghisebrecht Slijkes doede . . .  
 In 't eerste sullen wi Reynoud, grave van Gelre ende van Zuutphen voirghenoempt, weder tymmeren 't huus ten Gheyne . . . die doeden van der ander side (=niet van de bisschop) also Ghisenbrecht Slijc . . .  
 mar want die van Vredeland ende die van der Nieuwervaerd des bisschops lude selve sien . . .

**Caput 84f**

Anno Domini m ccc xxix<sup>o</sup> Ludovicus rex in urbe Romana cesareo dyademate coronatus civitatem absque quovis obstaculo potenter introivit, quapropter imperatrix hanc epistolam ad Hollandiam destinavit: „Margareta Dei gracia Romanorum imperatrix semper augusta nobili matrone preelecte genetrici sue  
 5 graciam et omne bonum. Cum ad ipsius laudem bonorum omnium conditor Deus dividens singulis prout vult, hiis diebus statum nostrum grandevum ad culmen gracie singularis prerogative dignatus fuerit sublimare, vestris maternis affectibus devotissime declaramus, quod in urbe Romana die xvii<sup>a</sup> mensis ianuarii multis dignitatibus, tripudiis, ceremoniis et quampluribus ornatibus  
 10 ad hoc debitum et consuetis in ecclesia beati Petri fuimus imperiali dyademate coronate. Datum Rome etc”.

**Caput 84g**

Sepulto igitur Iohanne pontifice prelati et canonici ecclesiarum Traiectensium in capitulo congregati tractantes tam super constituzione vicarii et mamburni quam super electione futuri pontificis, nonnulli in optatis proficere nequeuntes metum corporis pretenderunt et a civitate Traiectensi ad Amersfordiam et alia diversa loca se diverterunt, videlicet Swederus Uterloe nepos domini Giselberti de Vianen, archidiaconus Traiectensis, Stephanus de Everdingen choriepiscopus, Wilhelmus de Yselsteyn, Michael Moliaert, Theodricus de Iuutfaes, Giselbertus de Walenborch, Giselbertus de Renen, Everardus Foec, Gerardus Foec, Macharius de Arnhem, Nicolaus de Patella, Baldewinus de Dalen, Wilhelmus Buser, Giselbertus Uustinc, aliis tamen canonicis eiusdem ecclesie metum non pretendentibus et in civitate remanentibus, videlicet Gerardo Iode, Henrico dicto Borre de Broechusen, Iohanne Albo, Iohanne de Steyn, Giselberto Koc, Alberto de Meerten, Iohanne de Tuyl. Post hec quedam citacio valvis ecclesie Traiectensis affixa fuit, sigillata sigillo ecclesie Traiectensis, quod dicti canonici secum asportarunt cum a civitate se diverterunt. In qua quidem citacione prelati et canonici ecclesiarum Traiectensium vocati fuerunt Davantrie Traiectensis dyocesis ad diem nonam mensis iulii

47 epidimia – epidymia L

48 et – in G3

**§ 4**

- 1 prelati et *ontbr* L  
ecclesiarum Traiectensium *G1D3L* Traiectenses *G23*
- 3 nequeuntes – nequientes L
- 5 diversa loca – loca diversa L
- 5-10 videlicet *t/m* Wistinc *ontbr* L
- 5 Swederus – Zuederus *G3*
- 6 Giselberti – Ghiselberti *G3*  
Everdingen *G1D3* Everdinghen *G23*
- 7 Moliaert – de Moliart *G2*
- 8 Iuutfaes – iuitfaes *G2*  
Giselbertus – Ghiselbertus *G3* (*ook reg. 10 en 13*)
- 9 Foec – Foeck *G3*
- 9 gerardus – gherardus *G3*  
arnhem – aernhem *G3*  
nicolaus – nycolaus *G23*
- 10 uustinc (*wistinc?*) *G1D3* vuystinc *G23*
- 11-13 videlicet *t/m* Tuyl *ontbr* L
- 12 Borre – Boerre *D3*  
Brochusen – Brochusen *D3*
- 13 Tuyl – Tuel *G2*
- 15 asportarunt – asportaverunt *G2*
- 16 traiecten *ontbr* L
- 17 Davantrie – Daventrie *D3L*  
dyocesis *ontbr* *D3*

super electione futuri pontificis celebranda. In qua quidem die dictus archidiaconus cum antedictis canonicis Traiectensibus metum pretendentibus comparuit et nonnulli alii aliarum ecclesiarum Traiectensium, videlicet Iohannes de Sleen, Iohannes de Arnhem Sancti Petri, Theodricus de Gasparde, Hermannus de Entheren et Iacobus de Aelrehorst sancti Iohannis; Gerardus Vrenke et Ricoldus de Haeften beate Marie. Et missam de Sancto Spiritu in ecclesia sancti Lebuini Davantriensis celebrantes concorditer, per viam sancti spiritus dictum archidiaconum elegerunt. Prelati vero et canonici ecclesiarum Traiectensium postulacionem et electionem prius per eos factas de nobili viro Arnoldo de Heurn canonico Coloniensi eodem die quinto nonas mensis iulii innovarunt, scribere ad summum pontificem pro eodem Arnoldo in curia existente et litigante pro archidiaconatu Traiectensi contra Zuederum antedictum. Gregorius vero papa antedictus audita vacacione sedis Traiectensis in publico consistorio providit dicto domino Arnoldo de episcopatu Traiectensi. Qui ibidem ordinatus et consecratus ad partes accelerans civitatem Traiectensem xxviii<sup>a</sup> die mensis septembris sub anno Domini mcccclxxi<sup>o</sup> decenter ingressus est usque ad ecclesiam beate Marie minoris, ubi pontificalibus induitus prelati et canonici ecclesiarum Traiectensium cum vexillis obviaverunt, productus per abbatem sancti Pauli et abbatem sancti Laurencii usque in medium ecclesie Traiectensis et demum ad capitulum, ubi iuramentum prestit et cum psalmo Te Deum cathedram ingressus est, et collecta pronunciata domum habitacionis sue episcopalnis ingressus prandium prelatis, canonicis et choriso- ciis, consulibus tam novi quam veteris consilii et ministerialibus laute prestit ibidem.

Eodem anno mcccclxxi<sup>o</sup> xxii<sup>a</sup> die mensis iulii dux Brabancie filius regis Bohemie bellum inivit contra ducem Iuliensem iuxta Iuliacum et Eduardum ducem Gelensem et suos fautores et complices. In quo bello seu conflietu dictus dux

18 archidiaconus – archidiaconus L

20-23 videlicet t/m marie onibr L

22 Aelrehorst – Alrehorst G23

Gerardus – Gherardus G3

23 Haeften – Haeffen G3

24 Davantriensis G13 Davantriensis D3G2L

25 Achter elegerunt voegt L, omdat reg. 5-10 overgeslagen zijn, in: videlicet Swederum uterloë nepotem

domini ghiselberti de vianen L

27 Heurn – Horen L

canonico – canonici G2

29 et onibr L

archidiaconatu -dya- G1D3L

Zuederum – Suederum D3 Zwederum L

33 m ccc lxxi<sup>o</sup> – m<sup>o</sup> ccc<sup>o</sup> lxxv<sup>o</sup> L

34 ad G1D3L onibr. G23

Lap drukt af induto, wat de foute zinsconstructie verbetert

35 Traiectensium onibr. L

38 Deum – Deum laudamus L

39 ingressus – ingressus est D3

42 xxii<sup>a</sup> onibr L

Brabancie – Brabancie Wancelaus L

43 edwardum G1D3 eduardum G23L (ook reg. 45 en 47)

45 Brabancie per ducem Iuliacensem captus est et multi cum eo. Et Eduardus dux Gelrensis solus pre omnibus qui erant cum eo sagittatus fuit in capite et obiit in Iuliaco die antedicta. Hic idem Eduardus anno Domini mcccclxi<sup>o</sup> bellum commisit iuxta opidum de Tyel contra Reynaldum fratrem suum primogenitum, verum dominum et ducem Gelrie, et eundem Reynaldum cum multis 50 aliis ibidem baronibus et nobilibus sui comitatus captivavit. Et ex illa hora Eduardus antedictus se pro duce Gelrie gessit et dictum Reynaldum fratrem suum usque finem vite sue captum in bona custodia retinuit. Quo defuncto, ut prefertur, tota patria Gelrie dictum Reynaldum pre nimia pinguedine pergravatum in verum dominum et ducem Gelrensem resumpserunt honorifice. Qui 55 post hoc eodem anno mense novembri diem clausit extremum, relinquens post se duas sorores, videlicet Mechteldim comitissam Clivensem primogenitam et Mariam ducissam Iuliacensem. Hanc Mechteldim duxit in uxorem nobilis vir dominus Iohannes de Blesis, frater comitis Blesensis, quapropter inter easdem sorores lis maxima super ducatu Gelrie cum suis pertinenciis suborta fuit. 60 Tandem amicabilis composicio inter easdem intervenit.

#### § 5. De aqueductu in Vresewijck sive castro dicto Gildenborch.

Anno Domini mcccclxxiiii<sup>o</sup> consilium civitatis Traiectensis fodi et fieri fecerunt aqueductum ex fluvio Lecke procedentem usque ad eorum civitatem. Ad quem conservandum sumptuose construi fecerunt supra Leckam extra aggerem in loco qui dicitur Nyeuaert castrum quod dicitur Gildenborch. Quo facto 5 post multos tractatus Albertus gubernator Hollandie dux Bavarie episcopum et civitatem Traiectensem cum suis fautoribus diffidavit et ipsum castrum cum copiosa hominum multitudine potenter obsedit anno quo supra mensis maii fere per xxx dies; castellanii ergo ipsius castri cum eorum comitiva se salvo corpore et rebus reddiderunt. Quo facto ipse dux Albertus huiusmodi castrum 10 ad se recepit et cum suis fortiter stabilivit. Tandem eodem anno xxiii<sup>a</sup> die

45 achter eo ingevoegd; licet vi in primo congressu Iuliacenses fugavit L  
Gelrensis – Ghelrensis L (zo ook elders)

47 die ontbr D3

48 Tyel – Tiel L

Reynaldum – reynoldum G1D3

49 Reynaldum – reynoldum D3 (ook reg. 51)

50 eduardus – eduardus G2

52 usque – usque in L

Gelrie – Ghelrie L (ook reg. 80)

53 pergravatum L pergratuum G13D3 pregravum G2

55 mense novembri – mensis novembris G2 mense novembbris G3

56 Mechteldim – Mechtildim L

57 Mechteldim – Mechtildim G2L

60 easdem – eosdem L

8 5

4 nyewaert G1D3 nyevaert G2 nyevaert G3 nyeuaert L (wij lezen w als uv)

Gildenborch G1D3L Gildenburgh G23 (ook zo in het opschrift, dat echter in L ontbr.)

6 achter castrum: ad se recepit G1 (foutief uit reg. 9–10)

8 xxx xxx<sup>a</sup> G2L

- mensis iunii nocturno tempore suburbium ipsius castri civitatenses subintraverunt et infra biduum manu armata resumpserunt et xxiii homines armatos captivarunt et ipsum castrum de novo stabilierunt.
- Post hoc anno Domini mcccclxxv<sup>o</sup> mensis marci amicabilis composicio intervenit inter ducem ex una parte et episcopum et civitatem ex altera parte, vide-licet quod dictus aqueductus salvus remaneret civitati Traiectensi et ipsum castrum evelli et destrui deberet, et infra aggerem ad conservandum ipsum aqueductum civitas si vellet construere et reedificare posset, sub certis modo et forma, prout in litteris compositionis super hoc confectis plenius continetur.
- 20 Eodem anno mirabilis plaga fuit diluvii aquarum recencium et salsarum per totum regnum Alemannie.
- Et eodem anno mirabilis plaga invaluit incipiens a regno Bohemie per Renum circumquaque descendendo usque civitatem Traiectensem, quod homines in magna copia utriusque sexus incedebant precincti manutergiis coronas in
- 25 eorum capitibus habentes, chorizando et cantando tam in ecclesiis quam extra, usque ad tantam lassitudinem, quod se usque ad terram prosternebant. Tandem compertum fuit quod isti erant obsessi, et a demonibus liberabantur cum oracionibus debitissimis et consuetis.

#### § 6 De ortu scismatis.

Anno incarnationis Domini mcccclxxviii<sup>o</sup> obiit Gregorius papa xi<sup>us</sup> et electus erat Bartholomeus archiepiscopus Barensis, Urbanus vi<sup>us</sup> nominatus, ipso die Pasche coronatus. Et quia ipse Urbanus homo iustus erat, cardinales quantum in eo fuit sibi pro posse suo nitebatur subiugare ipsosque ab eorum excessibus parum angariare, eorumque omni nullatenus acquiescens voluntati. Nec ipsi tante seriositatis angariam nequaquam sustinere valentes, ipsi domino Urbano indignati, omnes fere quamquam aut paulo pluribus demptis a Romana discesserunt curia, negantes ipsum verum esse papam, nichilominus asserentes quatenus ipsum pre timore et anxietate corporis elegissent. Denuo novam 5 iterato celebrarunt electionem, in qua quidam cardinalis Robertus nomine, Francorum regi affinis, in papam electus est, Clemens Septimus nominatus, eodem anno ipso die Mathei apostoli in Avinione coronatus. Hec quidem

12 biduum – bydum *L*

13 captivarunt – captivaverunt *G1D3*

22 Renum – Rhenum *L*

25 chorizando – corizando *G2L*

27 erant obsessi – obsessi erant *D3*

§ 6 Hier begint waarschijnlijk een nieuwe auteur, gekenmerkt door datering naar heiligendagen

2 vi<sup>us</sup> – 6tus *G2 sextus L*

3 cardinales – cardinalis *G23*

6 valentes – volentes *G23*

7 aut – a *G2*

10 celebarunt *G1D3L* celebrarent *G23*

quidam *G1D3L* quidem *G23*

11 regi ontbr *G23L*

nominatus – nominatus est *G2*

12 Mattheusdag is 21 sept.

discordia et nephandum scisma pre imperialis regni Romanorum omnium aliorumque dominorum regni Alemannie dominum Urbanum ex una parte 15 tanquam verum papam sustinere volencium potencia et propter inobstinatam supersticiosamque Francorum superbiam Clementem parte ex altera propter sanguinis affinitatem sustinere volencium, longis temporibus invaluit et adhuc hodiernis invalescit temporibus.

§ 7 De quodam monstro in civitate Traiectensi.

Eodem anno accidit quoddam monstrum in civitate Traiectensi videlicet quod circa festum translacionis beati Martini natus est puer masculus in civitate predicta, qui perfecte loquebatur nondum etatis xl dierum, dicens una vice: aperite ianuam, pater meus adest, et alia plura. Ex hiis parentes multum 5 attoniti rogaverunt quendam sacerdotem devotum ut secrete veniret et puerum coniuraret. Qui missam celebravit, qua finita in sacris permansit ornamenti desuper toga coopertus, ne sacra viderentur ornamenta, ad puerum ingressus; ipsum iuramentis, oracionibus et coniuracionibus adiuravit. Cui puer nichil respondit, sed tandem proprio motu vertebat caput suum, 10 sacerdotem visu horribili inspiciens, quo ipsum valde terruit. Sacerdos autem videns se nichil proficere ad propria remeavit.

§ 8 Quomodo Arnoldus de Huern obsedit castrum de Loenresloet.

Eodem anno quo supra ii<sup>a</sup> die mensis septembris dominus Arnoldus de Huern episcopus Traiectensis auxilio domini de Gaesbeeck et de Abcoude, domini de Vianen aliorumque plurium nobilium, scutiferorum et burgensium permagnum sibi cumulavit exercitum, quo domum domini Splinteri de Loenresloet 5 militis obsidebat in circuitu, eo quod dominus Splinterus predictus dyocesanos episcopi crebris et minus iustis opprimere consueverat iniuriis. Quam quidem domum diversis instrumentorum infestavit generibus, horribilibus namque arceptis ferreis permagnos lapides eicientibus, bumbaerdsis nuncupa-

14 Alemannie – Alemania G1D3

16 supersticiosamque Francorum (*correct*) D3 superst. Francorumque G123L

18 hodiernis invalescit – inval. hod. G3

§ 7

2 beati – sancti G2 St-Maartens translatie is 4 Juli

5 quendam sacerdotem – sacerd. quendam G23

7 coopertus – cooperta L

§ 8

opschr Loenresloet – Loenreslot G2

1 Huern – Horen L *Hier wisselt weer de moderne datering af*

2 Gaesbeeck – Gaesbeeck G3L

de Abcoude – Abcoude L

4 Loenresloet – Lonresloet G3

5 militis ontbr D3

8 arceptis – arreptis L

bumbaerdsis G13 bumbarsis G2 bombardesis L bombardis D3 (*verg. § 10 reg. 15*)

- dominis auxiliantibus in possessionem episcopatus admissus est. Ingressu  
 igitur dictae dyocesis nobili viro Florencio per prefatos dominos fere per  
 25 annum surrepto, tandem aliorum dominorum subsidio securum iter arripuit  
 civitatem Traiectensem introire, ubi per maximis solemnitatibus et ceremoniis  
 baronum, militum procerumque urbem ingressus decentissime receptus est et  
 ritu inolite consuetudinis anno Domini mcccclxxix<sup>o</sup> ipso die Willibrordi episcopi  
 psalmodiis et canticis debitibus incathedratus est.
- 30 Hic Florencius cum primo Traiectensi precesset episcopatu erat homo invete-  
 rate etatis, consilio prudens, moribus compositus, iustus et honorabilis et in  
 iudiciis secularibus bene cautus. Qui et dyocesim Traiectensem permagnis  
 invenerat aggravatam debitum et diversis onerata oneribus, pre guerris per  
 dominum Arnoldum de Huern predecessorem suum in partibus Gelrie  
 35 sustentatis, quinymmo eo quod dominus Arnoldus prefatus redditus dictae  
 dyocesis ultra terminum debitum longe perceperisset. Qui cunctis quantum potuit  
 creditoribus persolvere studuit, castra, villas et officia per predecessores suos  
 alienata et diversis creditoribus pro certis pecuniarum summis impignorata  
 libere redemit. Nam castrum de Vullenhoe pro xxviii<sup>o</sup> scutis antiquis redemit,  
 40 castrum de Stoutenberch pro xi<sup>o</sup> scutis antiquis, castrum Ema pro vii<sup>o</sup> scutis  
 antiquis, castrum de Vredelant pro xxx<sup>o</sup> scutis antiquis et castrum de Diepen-  
 hem pro mille scutis antiquis de manibus dictorum creditorum redemit.

§ 10 De subversione et obsidione castri de Eerden et trium aliorum circumiacen-  
 cium.

Post hoc anno Domini mcccclxxx<sup>o</sup> quidam Everardus de Essen quoddam cas-  
 trum Eerden vulgariter nuncupatum in partibus Transycelinis superedificavit,  
 quod in tantum lignis et lapidibus stabilivit, quod quorumcunque adversan-  
 cium potenciam hoc castro mediante parvi pendere videbatur. Nichilominus  
 5 nemora, campos aliorumque dominorum possessiones et subditos sibi usur-  
 pans, et specialiter subditos predicti domini Florencii episcopi Traiectensis in  
 Zallandia, qui per ipsum Everardum crebris angustiis infestati crebra querela  
 dicto domino Florencio super iniuriis ipsis per Everardum illatis conquesti

25 subsidio *ontbr* G2

28 *Willibrordsdag* is 7 nov.

33 onerata oneribus – oneribus oneratam G2

34 Gelrie – Ghelrie L

38 et – in G3

39 Vullenhoe – Vollenhoo L

pro – per L

xxviii<sup>o</sup> – 28<sup>o</sup> G2

40 Stoutenberch – Stoutenborch L

castrum t/m antiquis *ontbr* L

42 antiquis – aureis L

§ 10

1 de Essen *ontbr* L

Transycelinis – Transyselinis D3

6 episcopi *ontbr* L

7 Zallandia – zelandia met verbetering van e in a G2

- dominis auxiliantibus in possessionem episcopatus admissus est. Ingressu igitur dictae dyocesis nobili viro Florencio per prefatos dominos fere per  
 25 annum surrepto, tandem aliorum dominorum subsidio securum iter arripuit civitatem Traiectensem introire, ubi per maximis solemnitatibus et ceremoniis baronum, militum procerumque urbem ingressus decentissime receptus est et ritu inolite consuetudinis anno Domini mcccclxxix<sup>o</sup> ipso die Willibrordi episcopi psalmodiis et canticis debitibus incathedratus est.
- 30 Hic Florencius cum primo Traiectensi precesset episcopatu erat homo inveterate etatis, consilio prudens, moribus compositus, iustus et honorabilis et in iudiciis secularibus bene cautus. Qui et dyocesim Traiectensem permagnis invenerat aggravatam debitibus et diversis oneratam oneribus, pre guerris per dominum Arnoldum de Huern predecessorem suum in partibus Gelrie  
 35 sustentatis, quinymmo eo quod dominus Arnoldus prefatus redditus dicta dyocesis ultra terminum debitum longe percepisset. Qui cunctis quantum potuit creditoribus persolvere studuit; castra, villas et officia per predecessores suos alienata et diversis creditoribus pro certis pecuniarum summis impignorata libere redemit. Nam castrum de Vullenhoe pro xxviii<sup>e</sup> scutis antiquis redemit,  
 40 castrum de Stoutenberch pro xi<sup>e</sup> scutis antiquis, castrum Ema pro vii<sup>e</sup> scutis antiquis, castrum de Vredelant pro xxx<sup>e</sup> scutis antiquis et castrum de Diepenhem pro mille scutis antiquis de manibus dictorum creditorum redemit.

#### § 10 De subversione et obsidione castri de Eerden et trium aliorum circumiacencium.

Post hoc anno Domini mcccclxxx<sup>o</sup> quidam Everardus de Essen quoddam castrum Eerden vulgariter nuncupatum in partibus Transycelinis superedificavit, quod in tantum lignis et lapidibus stabilivit, quod quorumcunque adversantium potentiam hoc castro mediante parvi pendere videbatur. Nichilominus 5 nemora, campos aliorumque dominorum possessiones et subditos sibi usurpans, et specialiter subditos predicti domini Florencii episcopi Traiectensis in Zallandia, qui per ipsum Everardum crebris angustiis infestati crebra querela dicto domino Florencio super iniuriis ipsis per Everardum illatis conquesti

25 subsidio *ontbr* G2

28 Willibrordsdag is 7 nov.

33 oneratam oneribus – oneribus oneratam G2

34 Gelrie – Ghelrie L

38 et – in G3

39 Vullenhoe – Vollenhoo L

pro – per L

xxviii<sup>e</sup> – 28<sup>e</sup> G2

40 Stoutenberch – Stoutenborch L

castrum t/m antiquis *ontbr* L

42 antiquis – aureis L

#### § 10

1 de Essen *ontbr* L

Transycelinis – Transyselinis D3

6 episcopi *ontbr* L

7 Zallandia – zelandia met verbetering van e in a G2

sunt, eius auxilium implorando. Quamobrem prefatus dominus Florencius  
 10 auxilio et consilio suarum civitatum et villarum Transycelinarum predicti  
 Everardi castrum circumvallavit. In cuius domini Florencii auxilium domicel-  
 lus de Arkel et dominus de Yselsteyn ingenti copia militum armigerorumque  
 collecta per pulchre assidebant. Et erexit ibidem quandam magne quantitatis  
 machinam, que turres et habitacula paulatim desuper rumperet et laniaret,  
 15 bombaerdsis et arceptis lapides diversarum quantitatum eicientibus aliisque  
 diversorum instrumentorum generibus et missilibus ipsum castrum cotidianis  
 assultibus sevissime infestavit. Sed structura lignea nec lapidibus aut quibus-  
 cunque aliis infestacionum generibus ymaginabilibus pre multitudine trabium  
 eximiarum quantitatum continuo sibi invicem iuxtapositarum aliquatenus  
 20 poterat conquassari. Nam et lapides potentissime electi ab edificio ligneo  
 quemadmodum pila a pariete resiliebant. Econtra vero structura lapidea tantis  
 infestacionibus nullatenus resistere valens predictis iacturis peciatim assola-  
 batur. Et postquam dominus Florencius episcopus fere quinque transactis  
 ebdomadis castrum prefatum obsidione circumvallasset gravissima, castrenses  
 25 vero de ulteriori resistencia facienda desperantes nec auxilium aliquod pro  
 liberacione castri ut Everardus predictus promiserat, imminere videntes, se  
 omnes salva vita una cum castro domino Floencio episcopo reddiderunt. Qui  
 et edificium omnino assolabat lapideum. Sed structura lignea in tantum erat  
 stabilita, ut nulla arte vel ingenio poterat dissolvi. Que tandem iussu domini  
 30 Florencii episcopi favillatenus incensa quatuor ebdomadis depost hostiliter  
 cotidie flagrabat. Demum Everardus de Essen prefatus domino Floencio  
 episcopo emendam prestans laudabilem reconciliatus est.  
 Eodem anno quo supra nobilis ille Florencius de Wevelichoven episcopus  
 prefatus tria castra subvertit, quorum primum Molen vulgariter nuncupatum  
 35 est, quod sibi absque aliqua infestacione reddebat. Secundum vero Lare  
 dictum erat, quod absque obsidione eidem reddebat, et tertium Gaernaer  
 nuncupatum erat. Et ista omnia erant mala rapinacula, quare merito fuerunt  
 subvertenda.

10 Transycelinarum – Transyelinarum *D3 zadanig verbeterd, dat het niet meer leesbaar is G3*

15 bombaerdsis *G123 bombardesis L bombardis D3 (verg. § 8 reg. 8)*

17 infestavit – infestabat *D3*

22 peciatim – paciatim *L*

24 circumvallasset – *Lap verbetert dit in: -vallavit, omdat in klassiek Latijn postquam door Ind. perf. gevolgd wordt.*

33 Geen opschrift, maar wel rode hoofdletter in *G1D3*, blauwe hoofdletter *G3*, geen gekleurde hoofdletter *G2*.

33 de ontbr *L*

35 absque – sine *L*

- § 11 De quadam seditione civium Traiectensium contra se inivcem et de rebellione domini de Vianen et suorum fratrum adversus episcopum.
- Quedam mala sedicio eodem anno prefato accidit in civitate Traiectensi. Nam burgenses civitatis predice a longis temporibus usque in hodiernum diem bipartiti, inveteratam contra se invicem suscitavere sedicionem, in qua una parciun, Gunterling vulgariter nuncupata, ab earum contraparte Lichtenbergenses vulgariter nuncupata, armata manu fugitiva a civitate prefata repulsa et proscripta est.
- In quo quidem anno Reynaldus iunior fratrum de Vianen episcopatum Traiectensem a Clemente antipapa impetravit, non obstante illo quod nobilis vir Florencius de Wevelichoven hoc idem iam actu pontificium possideret.
- 10 Quo obtento Reynaldus prefatus ammiraculantibus fratribus, affinibus magnatibus et amicis suis in predicta dyocesi circummanentibus, dictum pontificium possidere nichilominus nobilem virum dominum Florencium iam actu possessorem vi procul repellere minime diffidebat. Quamobrem dominus de Vianen frater Reynaldi prefati dominum Florencium suis fecit spoliari decimis,
- 15 quas in castro de Goye aliis hinc inde diversisque locis sibi magis congruis vehi fecerat. Nichilominus et Reynaldum fratrem suum in predicti pontificii possessionem vi intrudere presumens et Clementi adherere antipape non formidans, non obstante illo quod omnes sui circummanentes hoc nefandum scisma incurgere formidarent.
- 20 Paulo post exiguo iam elapsso tempore, cum dominus Florencius episcopus a partibus Transycelinis Traiectum advenerat, determinata die in ecclesia de Iutfaes prefixa, dominus de Vianen et sui fratres domino Florencio episcopo per consules civitatis Traiectensis in hunc modum reconciliati sunt, quatenus dominus de Vianen una cum fratribus suis compromitterent adversus domi-
- 25 num Urbanum papam et dominum Florencium episcopum se nullatenus opponere, Clementi antipape sinistram obedienciam subtrahere et domino Urbano pape ac domino Florencio episcopo Traiectensi in cunctis catholicis mandatis firmiter obedire et nunquam sinistras vias adversus eos provocare, nichilominus fideles dyocesiani cunctis diebus vite sue permanere.

## § 11

opschr de rebellione – rebellione G2

3 contra – qua L

suscitavere – suscitarunt G2

4 contraparte, door Lap verbeterd in: adversa parte  
Lichtenbergenses – Licherbergenae L

6 fratrum – fratrum domini L

13 repellere – pellere L

14 Reynaldi prefati – prefati Reynaldi L

nefundum – nefandum G1L

20 post – plus G2

Transycelinis G12L Transyselinis G3D3

22 Iutfaes – rutfaes L

22-24 Vianen G23 vyanen G1D3 (reg. 14 alle: vianen.)

24 adversus G23L aduersum G1D3

- § 12 De bellis Gandensium adversus Ludovicum comitem Flandrie dominum eorum et contra regem Francorum, cum quibusdam incidentalibus.
- Anno Domini mcccclxxxii<sup>o</sup> ipso die invencionis sancte crucis Gandenses contra Ludovicum comitem Flandrie dominum eorum gravissimum commisere prelum, qui adversancium cohortes sevissime divisorunt et strenue device-  
5 runt. Fugitivos namque hostes perniciter insequebantur, quosdam in via retardatos hostiliter occiderunt, urbem Brugensem potenter capientes, comitem Ludovicum vix celeri equo e manibus eorum elapsum usque in Insulis continue profugabant.
- Eodem anno Domini mcccclxxxii<sup>o</sup> et eodem mense erat quidam terremotus terribilis et ammirandus ubique terrarum, quo usque nos percipere valebamus.
- 10 Nam in quibusdam villis et civitatibus quedam domus valde fortiter move-  
bantur, domibus vicinioribus omnino non motis. Post hoc eodem anno ipso die beate Lucie virginis Gandenses iterato apud Roesbeec adversus regem Francorum per maximum iniere duellum, qui pre nimia Francorum multitudine suppressi usque ad mortem honorifice se defensarunt, qui certanti manu  
15 omnes fere paulatim paucis aut nullis fugientibus crudeliter interempti sunt, quorum Philippus de Artavelde vir imperterritus erat capitaneus. Ceciderunt autem in hoc conflictu a parte Gandensium fere sedecim milia, et a parte Francorum septem milia viri transcurrente numerum utriusque partis.

- § 13 Quomodo Florencius episcopus subiugavit sibi quosdam potentes sibi subditos et rebelles sibi.
- Anno Domini mcccclxxv<sup>o</sup> dominus Giselbertus de Abcouda notoria fama coram domino Floencio accusatus est, eo quod altas iurisdictiones in predicta dyocesi usurpando sibi statueret. Cui dominus Florencius mandaverat Traiecti coram eo comparere, ubi coram multis honestis viris et discretis militibus  
5 ecclesieque capitularibus et burgensibus omnem altam iurisdictionem quocumque in predicta dyocesi fuerit sita pulsum campane litteras citacionum excom-  
municacionum etc. acceptare suos expandatores per totum suum dominium

## § 12

- 1 mcccclxxxii<sup>o</sup> volgens de regel dat alleen het laatste cijfer een uitgang krijgt m<sup>o</sup>ccclxxxii<sup>o</sup> G1L m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>lxxxii<sup>o</sup> G3D3 mccc<sup>o</sup>82 G2 Kruisvindingsdag is 3 met
- 2 Ludovicum – Ludovicum L (ook elders)
- 3 Brugensem – burgen G23
- 4 omnino non – non omnino G2
- 5 Sint Lucia is 13 december
- 6 pre – pro L
- 7 certanti – certatim D3
- 8 Artavelde G3D3L arcavelde G1 arkevelde G2
- 9 a G1D3L ex G23
- 10 viri – vir G2

## § 13

- 1 m<sup>o</sup>ccclxxv<sup>o</sup> D3G3 mccc<sup>o</sup>85 G2 m<sup>o</sup>ccclxxxvi<sup>o</sup> G1L Giselbertus – Ghiselbertus G3L
- 2 fuerit sita G1D3 sita fuerit G23L

in dicta dyocesi infestatos dimittere domino Florencio episcopo libere recognovit.

10 Hoe eciam anno xxi<sup>a</sup> die mensis septembris dominus Splinterus de Lonresloet per deputatos internuncios a domino Florencio episcopo amicabilem compositionem expeciit, qui de gravaminibus et iniuriis prenarratis subditis et dyocesanis episcopi dudum illatis septingentos florenos persolvit. Nichilominus omnia subtracta et exactionata hominibus ad plenum restituere promittens, hoc addito quod dicte dyocesi nunquam se opponeret et castrum suum efficaciori munimine quam tunc temporis exigebat non stabiliret, et quam plura alia puncta, que in littera compositionis super hoc confecta continentur, facere compromisit.

#### §14 Quomodo dominus Florencius opidum de Montforde obsedit.

Anno Domini mcccclxxxvii<sup>o</sup> crastino beati Georgii solis luce exorto nobilis vir dominus Florencius permagno collecto exercitu terribili aggressu procerum armigerorum opidum de Montforde tubis sonantibus, equis strepentibus, papilionibus erectis, vexillis fulgentibus, bandis plerisque nitentibus valida cinxit obsidione, eo quod Henricus borchgravius de Montforde dominum Florencium episcopum suis altis iurisdictionibus, ecclesiam sancti Salvatoris Traiectensem suis decimis et alias ecclesias, burgenses et dyocesanos civitatis et dyocesis Traiectensis eorum hereditariis possessionibus temerarie spoliare presumpsit, nec non aliis quampluribus enormibus excessibus in dicta dyocesi suisque propriis subditis illatis nulla tergiversacione colorandis summopere exigentibus. Ubi prefatus dominus episcopus quandam mire quantitatis machinam erexit, qua permagnos lapides hincinde per oppidum eiecit, quibus turres et menia castri aliasque diversas mansiones fortiter attriverat et quassabat, bombaerdsis vero et arceptis mirabilibus multiformium quantitatum grandes lapides ignemque sulphureum hincinde per diversa loca in terribili sonitu hostiliter dispersit, quibus permulti interimebantur homines. Quedam vero instrumenta defensiva ex viminibus et ramis viridibus salicineis in unum coniunctis parari fecerat, que vulgariter tumulaers nuncupantur, quibus

10 eciam anno – anno eciam L

11 Lonresloet – Loenresloet G2

15 dicte – dicto L

#### § 14

1 crastino – in crastino L St-Jorisdag is 23 april

Montforde – Montfoerde D3

3 strepentibus – strepantibus G23

4 bandis – blandis L

5 Henr. borchgr. – borchgravius Henricus D3

Montfoerde – Montfoerde D3G1

6 ecclesiam – ecclesie G23

10 nulla – nulli G23

13 castri –castra G2

14 bombaerdsis –bombardis D3 bombaerdis L

18 tumulaers – cumulaers G2

nuncupanter – vocatur G2

fossata opidi securi et illesi accessere. Econtra vero Henricus borchgravius multis stipendiariis hincinde a diversis locis collectis forenses hostes crudeliter in quantum potuit infestavit et opidum cum suis coadiutoribus viriliter defensavit. Nec locorum predictorum nescius Henrico borchgravio prefato sua propria confidencia et potencia forensibus hostibus tam diuturnam fecisse resistenciam ascribat, quinymmo aliquibus forensibus fictis et simulatis hostibus, militibus et burgensibus Traiectensibus, suis consanguineis et amicis, qui sibi per secretos internuncios statum forencium hostium continue intimarunt, qui eciam dominum Florencium episcopum et alias vulgares concives de die in diem opidum scalis aliisque pluribus instrumentis coaptatis introire pretendentes, defraudarunt astutis viis et cauiloquiis ulteriorem aggressum et infestacionem intercipiendo. Absurdum et inyimaginabile videtur, quod absque animacione prenominatorum tantis tam diu resistenciam fecisse valuisse.

Interea fere xvi elapsis ebdomadis dominus Arnoldus de Huern episcopus Leodiensis, avunculus uxoris Henrici borchgravii prefati, dominum Florencium episcopum et Henricum borchgravium per hunc modum in firma pace reconcillavit, in hec verba prorumpens:

ex quo Henricus borchgravius nec sui predecessores temporibus dudum transactis alias altas iurisdictiones possiderunt nec de cetero possidebunt, sed Florencius iam actu Traiectensis episcopus aut suorum successorum quicunque futurus omnibus altis iurisdictionibus in parrochia de Montforde fungetur et ubicunque locorum in dicta dyocesi ubi prefatus borchgravius huiusmodi iurisdictiones habere poterit, nichilominus et pulsu campane suosque expandatores in predicta parrochia et ubique locorum in dicta dyocesi equestres et pedestres pacifice transire litteras citacionum excommunicationum etc. nullatenus refutare et de quibuscumque minimis causis altam iurisdictionem tangentibus disponere et ordinare;

et ipse borchgravius prefatus una cum omnibus terram de Montforde inhabitantibus ad sancta Dei evangelia iuraverunt de domino Florencio episcopo aut eius successori vel successoribus nunquam opponere, promissa nullatenus infringere, sed bonus seu boni dyocesanus et subditus seu dyocesani et subditus cunctis diebus permanere;

et predictum castrum ac opidum domino Florencio episcopo et suis successoribus quandocunque pecierint aut indigerint ad se iuvandum et defendendum contra quoscunque grassatores erunt parata et aperta;

55 et plura alia domino Florencio episcopo recognovit que in littera composicio-

22 nec - nam D3  
 locorum - lector L (*de afkorting was: lcor*)  
 40 Montforde - Montfoerde G1 Moentforde D3  
 48 evangelia - ewangelia G23  
 50 subditus - subditos G23  
 53 indigerint - indiguerint G2L

nis super premissis confecta, munita sigillis borchgravii predicti, domini Arnoldi de Huern prefati episcopi Leodiensis, abbatis Sancti Trudonis et decem aliorum suorum affinum et sacerorum plenius continetur.

Ex quibus patet quod predictus borchgravius a sua supersticosa via tandem 60 declinavit et domino episcopo obedire compulsus est, quod prius omnino facere recusavit. Et paulo post eodem anno obedientiam monstravit, nam quidam dictus Ioannes de Bomel quendam virum in dicto oppido de Montfoerde interfecit, qui per marscalcum episcopi in predicto oppido captus est et Traiectum ductus, ubi secundum iudicium militum, prout moris est, dijudicatus et decollatus est.

### § 15 De guerra dominorum de Arkel et Vianen, cum quibusdam incidentalibus.

Anno Domini mcccxxxviii<sup>o</sup> gravis sedicio inter dominum de Arkel et dominum Iohannem eius filium ex una parte, et inter dominos de Vianen et de Ameyda ex alia parte suborta est, que longis invaluit temporibus. Qui per diversos lapsus temporum crebrius confligentes se muteo captivarunt et percusserunt. Nec silendum est quod dominus de Vianen crebrius victor existebat, plures sibi subegit et captitavit non obstantibus diviciis aliorum et copioso adiutorio Hollandrinorum. Nam firmiter credendum est, si equalis divicia eis affusset, alios procul a patria profugassent.

Post hoc anno Domini mcccxcii<sup>o</sup> ipso die Petronille virginis iactus erat primus 10 lapis fundamentalis ordinis Carthusiensis infra suburbium civitatis Traiectensis, cuius fundator ac dotator erat dominus Zwederus de Gaesbeeck, de Putten et de Strinen.

Eodem anno quidam iniuritatis filii quendam oppidanum de Renen qui Borro de Pluderen dicebatur, suis demeritis minime exigentibus prope Renen capti- 15 varunt, quem et iuramento solito premisso assecurarunt. Interea rumor mag- nus per predictum evolavit opidum, quare opidani Renenses concito gradu prefatos insequebantur maleficos. Qui fugam capientes ad castrum de Horst declinarunt, quod domino de Vianen tunc temporis de domino Iohanne de Vernenborch quondam episcopo pro certa summa pecunie stabat impignora- 20 tum. Quo audito Florencius episcopus indilate iter arripiens predictum cas-

57 Huern – Horen *L*

58 aliorum onbr *G1D3*

62 Bomel *G1D3* Boemel *G2L* Bonimel *G3*

Montfoerde – Montforde *L*

§ 15

2 eius filium – filium eius *D3*

4 diversos – versus *G2*

7 equalis . . . affusset *G1LD3* Ook *G3*, maar verbeterd en bijna onleesbaar.  
equales . . . affusset *G2* (ook *Lap*, die echter *G2* niet heeft gekend).

9 Pieternellingdag is 31 mei

11 Zwederus *G1L* Swederus *D3* Zuederus *G3* Suederus *G2*  
Gaesbeeck – Gaesbeec *G1D3*

14 Pluderen – Pluteren *G2*

15 captivarunt – captivaverunt *G1D3*

18 declinarunt – declinaverunt *C1D3*

trum adiit predictosque maleficos ibidem detentos a castellano sibi dari peciit  
 quo Thomas Mulaert illius castri castellanus tunc temporis reddere recusavit.  
 Quamobrem Florencius episcopus commotus hoc castrum seriosius inconti-  
 nenti obsidebat, quod nichilominus atrocioribus assultibus infestare preten-  
 debat et predictos potenter arripere maleficos. Sed castellanius contra tantos  
 25 assultus minime premunitus, cum domino Florelio episcopo compositionem  
 iniit talem, quatenus sibi illa summa pecunie qua castrum sibi foret impigno-  
 ratum plenarie restitueretur, et predicti malefici transirent in dicionem episco-  
 pi, secundum iudicium militum et nobilium sentenciandi, qui postmodum  
 30 vinculis ruptis a prisione discesserunt. Per hunc modum dominus Florencius  
 episcopus castrum suum a suis predecessoribus impignoratum ipso die nativi-  
 tatis beati Ioannis Baptiste redemit.  
 Eodem anno ipso die sancti Mauricii domicella Aleydis de Poelgeest concubina  
 comitis Hollandie, et Wilhelmus Cuser apud curiam predicti comitis in Haga  
 35 lamentabiliter fuerunt interficti, unde postea magna sedicio in Hollandia  
 exorta fuit.

#### § 16 De quodam fratrum minororum in Traiecto degradato.

Hoc eodem anno predicto ipso die Iheronimi confessoris quidam frater ordinis  
 minorum de Iuliaco oriundus in Traiecto degradatus fuit, asserens se gracia et  
 litteris apostolicis fore episcopum. Quem Florencius de Wevelichoven coac-  
 ceptavit in suffraganeum, qui quamplures in dicta dyocesi acolitos sub-  
 5 dyaconos, dyaconos et sacerdotes ordinaverat necnon quamplura monasteria,  
 ecclesias sacraque loca et altaria in predicta dyocesi consecraverat. Ali quanto  
 iam elapso tempore per quosdam fide dignos et ydoneos in veritate compertum  
 fuit predictam graciam et bullam omnino fore falsas. Quo promulgato quam-  
 plures qui sacros ordines a predicto falsario receperunt, ad diversa se diverte-  
 10 runt. Nam quamplures sacris postergatis ordinibus uxores duxerunt aliquique  
 ab aliis se fecerunt reordinari episcopis, unde quampluribus multa mala  
 evenerunt. Quamobrem Florencius episcopus consilio et mandato domini  
 pape, coassociatis sibi septem episcopis, predictum falsarium litterarum  
 apostolicarum Traiecti in quodam theatro cunctis sacerdotalibus induit habi-  
 15 tibus, quibus paulatim privabatur, primo casula, deinde manipulis, deinde  
 stola et sic de singulis; cuius crines abradebantur et pellis circa digitos, quibus  
 corpus dominicum tractare consueverat, cum quodam vitro ossatenus lacer-  
 abatur. Qui novissime habitu indutus seculari iudicio seculari scilicet sculteto

22 castellanus *G2L* castellanius *G13D3*, maar vorige regel alle: *castellano*, en reg. 25 alle: -ius

28 dicionem *G23* didicionem *G1D3L*

31 predecessoribus *G1D3L* depredecessoribus *G23*

32 *Johan-Baptistdag* is 24 juni

33 *Sint-Mauricius* is 22 sept.

#### § 16

1 eodem anno – anno eodem *G23 Hieronymusdag* is 30 sept.

6 predicta – dicta *G3*

7 ydoneos – idoneos *G2*

9 ad – a *G23*

et scabinis civitatis Traiectensis iudicandus traditus est, quem ad cacabum  
diiudicarunt. Sed ipsi sacris ordinibus dudum ab eo habitis compacientes,  
20 quinymmo ob reverenciam ordinis fratrum minorum ipsum concito a cacabo  
suscepserunt et decollari iusserunt, qui de licencia domini Florencii episcopi  
cimiterio predicatorum Traiectensium inhumatus est.

### §17 De obitu domini Florencii episcopi.

Anno Domini mccc xcii<sup>o</sup> ipso die Parasceves cum divinum in ecclesia cele-  
braretur officium, dominus Florencius de Wevelichoven episcopus, vir nobili  
prosapia oriundus, qui et nobilioribus virtutum habundabat operibus, hora  
quasi meridiei qua Dominus noster Ihesus Christus expiravit, debitum universe  
5 carnis in quadam villa Transycelina Herdenberch nuncupata persolvit, post-  
quam xiii annis et quinque mensibus prudentissime et honestissime Traiectense  
gubernasset pontificium. Qui deinde Traiectum curru transvectus, ubinam  
10 in cathedrali ecclesia luctuosis exequiis suorum affinium et amicorum coram  
summo altari decentissime inhumatus est. Consideremus, inquam, quam con-  
grua hora dominus noster Ihesus Christus suum electum et iustum ministrum  
ab huius seculi ruina capere dignatus est, cum terminus vite regimini ducto  
sepius conformatur, qui et tempore debito quo quivis catholicus confessus et  
contritus pura conscientia ad paschalia festa se preparat cunctis matura pre-  
avisacione dispositis ab hoc seculo sublatus est. Agonizante quidem nobili  
15 domino Florencio prefato familiares et affines sui astantes de serviciis sibi  
impensis remunerari pecierunt. Quibus respondit: dedi quod faveo, innuens  
quod unicuique multa dona et emolimenta temporibus vite sue exhibuisset.

De pecuniis vero suis sua debita omnino solvere disposuit, residuum vero  
beato Martino et suo successori tradere precepit. Qui concito hora mortis  
20 instantे emittens de domo cunctos suos familiares, precepit castellano ne eos  
aliquo modo iterato intromitteret, desiderans omne periculum quod prefate  
dyocesi per suos affines aut familiares mediantibus castris dyocesis Traiecten-  
sis evenire poterat prevenire, transmittens Henricum Zueren pro tuendo  
castrum de Vullenhoe, demandans Everardo FreySEN castellano castri de  
25 Horst ac ceteris castellanis singula castra dicte dyocesis inhabitantibus, ut  
quivis suo castro ad usum sui successoris de tuta provideret custodia.

Hic Florencius vir nobilis et ingenuus in predicta dyocesi multum virtuose  
operator est. Nam et castrum de Hardenberch turribus, aulis, stabulis cubili-  
busque per pulchris excellenter superedificavit necnon opida de Hardenberch

### § 17

*Opschr episcopi – episcopi Traiectensis D3*

1 Goede Vrijdag viel in 1393 op 4 april

14 quidem – quidam G23

24 vullenhoe G23 vullenho G1D3 vollenhoe L

Everardo – Everado G2

castellano – castellani G2

28 turribus – turris G23

30 et Ummen lapidibus circummuniri fecerat. Qui et singula castra dicte dyocesis tam Transycelina quam Citraycelina in solida stabilitate renovavit et singula castra dicte dybcesis de quibuscunque indigendis premunita ceteraque officia libera suo successori dimisit, nichilominus et totam dyocesim in pace tranquilla. Cui Deus pro mercede tantorum suorum benefactorum requiem 35 eternam in celis, omnium peccatorum suorum remissionem largiri dignetur ut cum sanctis et electis Dei vivat et regnet et regna celorum possideat. Amen.

**§ 18 De postulacione Frederici de Blanckenhem li episcopi Traiectensis.**

Octodecim fere diebus ab inhumacione nobilis viri domini Florencii de Wevelichoven episcopi sepedicti elapsis, dominus Albertus comes Hollandie et Wilhelmus dux Gelrie cum ingenti solemnitate procerum et armigerorum in Traiecto venerunt, supplicantes capitularibus ecclesiarum, quatenus nobiles et discretos viros per eos presentandos velint habere recommendatos et alterum eorum in novum eligere pastorem. Et supplicavit dominus Albertus comes Hollandie nobilem virum dominum Rogerum de Bronchorst capellarium ecclesie Coloniensis eligi in episcopum. Wilhelmus vero dux Gelrie pecuit nobilem virum dominum Fredericum de Blanckenhem episcopum 10 Argentinensem eligi in pontificem. Capitulares vero ecclesiarum propter predictorum principum discordes supplicaciones multum perplexi, predictos humiliter supplicavere principes, quatenus unanimiter ad unum eligendum condescenderent, illique eorum precibus mediantibus vacans pontificium libenter conferrent. Sed quia predicti principes unanimiter condescendere nolebant, magna discordia inter capitulares ecclesiarum suborta est. Nam maior pars capitularium circiter lv nobilem virum Fredericum de Blanckenhem per ducem Gelrie presentatum postulavit episcopum, et minor pars circiter xxvii fautores comitis Hollandie Rogerum de Bronchorst per comitem Hollandie presentatum elegit in episcopum. Et quivis electorum suos nuncios versus 20 Bonifacium papam pro confirmatione acquirenda concito transmisit.

33 et ontbr G2

§ 18

2 wevelichoven – vevelichoven G2L

3 Gelrie – Ghelrie L (ook verder dezelfde spelling)

6 capellarium – capitularium L

14 predicti principes – principes predicti G2

15 Nam – Et G3x Et uita secunda nach Aduard, A.D. 1070, p. 178, 179, 180.

§ 19 De quadam magna discordia in Hollandia.

Interea cum predicta peragerentur, magna discordia in Hollandia exorta est, de qua paulisper superius premissum est. Nam Conradus Cuzer comiti Hollandie conquestus fuit, quomodo filius eius Wilhelmus Cuzer nocturnis temporibus in eius curia in eiusque servicio latrocinatus esset, nichilominus 5 dominos borchgravium de Leydis, Theodricum de Asperen et eius filium, duos iuniores fratres de Lecka, Henricum borchgravium de Montfoerde, Iohannem de Haemstede et quamplures alias nobiles et honestos, vulgariter dictos Hoex partye, tanquam predicti latrocinii conspiratores accusans. Qui corpore et bonis diiudicabantur eo quod coram iudicio comparere non audebant. Comes Wilhelmus de Oestervant filius predicti comitis Hollandie confautor 10 istorum Hoex partye sibi partem assumpsit et quia eos iuvare nequiverrat, irato animo a patre recessit. Et domicellus Iohannes de Arckel ac alii qui iuxta patrem manebant, parum pacis inter patrem et filium locuti fuerunt. Quamobrem comes Hollandie permagno collecto exercitu dicti filii sui castrum 15 de Outena vallavit in girum. Et quia castrenses se concito una cum castro reddere recusabant, prefatus comes Hollandie ibidem sua erexit tentoria, ut predictum castrum gravioribus infestaret assaultibus, quod quidem castrum quibusdam horribilibus arceptis ferreis bombaerdsis nuncupatis permagnos lapides eicientibus conquassabat. Quamobrem Iohannes episcopus Leodiensis 20 filius predicti comitis Hollandie cum suis consulibus necnon consules Hannoniae ibidem advenerunt, ut discordias inter patrem et filium extirparent et bonum pacis reformarent. Qui inter comitem Hollandie et castrenses per hunc modum compositionem ordinaverunt, quatenus prefatum castrum comiti Hollandie traderetur et castrenses salva vita discederent, qui usque Buscum- 25 ducis, ubi comes de Oestervant tunc temporis erat, salvi ducebantur. Acta fuerunt hec ipso die Margarete virginis anno quo supra.

§ 19

- 1 peragerentur – agerentur D3
- 2 paulisper superius – superius paulisper L *Dit staat op § 16 reg 33-36*  
Conradus – Conrardus G2L  
Cuzer – Cuser L (*beide kerken*)
- 5 Leydis – Leidis L
- 6 Montfoerde – Montforde L
- 8 dictos ontbr G2
- 8 en 11 hoex partye – hoexpartie G3L
- 12 Iohannes de Arckel – de Arkel Iohannes L
- 19 bombaerdsis alle, ook L
- 27 Margarete – Margarite G2 *Sint Margriet is in het bisdom Utrecht 13 juli. Het beleg is begonnen op 2 juli (Foreest 1969, p. 181-183)*  
*Achter supra: scil. m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup> xciii<sup>o</sup> L 1517 G2 (kennelijk het jaar waarin dit hs is geschreven)*